O
UBLICA
5
6
rada
able

Nº 165
Sala Reservada
Incunables

24

# Expoſitio be. au gu. de ſermo. dñi in mõte.

Inc
165

BIBLIOTECA PROV...
TOLEDO

(1) T. 878624
C. 1000206177

(2)
T. 884403
C. 1000204036
(3) T. 135788
C. 1000209826

❡ Expoſitio beati auguſtini de ſermone dñi in mõte. ❡ Prologus.

Sermonē quē locut⁹ eſt dñs nr̄ ieſus chriſtus: ſic in euãgelio ſcðm mattheum legimus: Si q̄s pie ſobrieq; conſiderauerit: puto q̄ inueniet in eo: quantū ad mores optimos pertinet: pfectum vite chriſtiane modum. Quod polliceri nō temere audemus: ſed ex ipſis eiuſdē domini verbis cōiciētes. nã ſic ipſe ſermo cōcludit: vt appareat in eo p̄cepta eſſe oīa q̄ ad informãdã vitã ptinēt. Sic enim dicit Matt. vij. Oīs ergo q̄ audit verba mea hec. Cū ergo nō dixit: qui audit verba mea tm̄: ſed addidit dicēs: q̄ audit verba mea hec. Satis vt arbitror ſignificauit hec verba q̄ in mōte locut⁹ eſt: tã pfecte inſtruere vitã eorū q̄ voluerint ſcðm ea viuere: vt merito cōparent edificãti ſup petrã. ſupra petrã aūt dixit: vt appareat iſtū ſmonē oīb⁹ p̄ceptis quibus chriſtiana vita informatur eſſe pfectū. Nã de hoc capitulo diligentius ſuo loco tractabit. Cui⁹ igit ſermonis initiū ſic aſſumitur.

❡ Capl'm primum.

Cum vidiſſet autē turbas ieſus: aſcendit in montē: ⁊ cū ſediſſet: acceſſerūt ad eū diſcipuli ei⁹: et apiens os ſuū docebat eos dicēs. ❡ Si querit: q̄d ſignificet mons: bene intelligit ſignificare maiora p̄cepta iuſticie: q̄ minora erant q̄ iudeis data ſunt. Unus tñ de⁹ p ſanctos pphetas et famulos ſuos: ſcðm ordinatiſſimã diſtributionē tēporū dedit minora p̄cepta pplo: quē timore adhuc alligari oportebat: ⁊ p filiū ſuū maiora populo quē charitate iã liberari conuenerat. Cū aūt minora minorib⁹: maiora maioribus dant: ab eo dant q̄ ſol⁹ nouit: cōgruētē

ſuis tpibus: generi huma-
no: exhibere medicinam.
Nec mirꝫ eſt ꝙ danꝭ prece
pta maiora ꝓpter regnum
celoꝝ: et minora data ſunt
ꝓpter regnū terraꝝ: ab eo
dē vno deo q̄ fecit celum et
terrā. De hac ergo iuſticia
q̄ maior eſt: dicitꝭ ꝑ ꝓpham
pſ: xxxv. Juſticia tua ſicut
mōtes dei. Et hoc bene ſi-
gnificat ꝙ ab vno ſolo ma
giſtro: docēdis tantis rebꝰ
idoneo: docetꝭ in mōte. Se-
dens aūt docet: qđ ꝑtinet
ad magiſteriȷ̄ dignitatem.
Et accedūt ad eū diſcipuli
vt audiendis illius verbis
hi eſſent etiā corpore vici-
niores: q̄ p̄ceptis implēdis
animo appropinquabant.
Et aperiēs os ſuū docebat
eos dicēs. [ Jſta circūlocu
tio qua ſcribitꝭ: et aperiens
os ſuum: fortaſſe ip̄a mora
cōmēdat: aliquāto lōgiorē
futurꝝ eſſe ſermonē. niſi for
te non vacet qđ nūc eū di-
ctū eſt aperuiſſe os ſuū: qđ
ip̄e in lege veteri aꝑire ſo-
leret ora ꝓphetarum.

[ Ca. ij. de p̄ma btitudīe.

Quid ergo dicit: Bea-
ti pauꝑes ſpū: q̄m ip̄o
rū eſt regnū celoꝝ. [ Legi-
mus ſcriptū de appetitiōe
reꝝ tꝑaliū eccl'iaſtes p̄mo.
oīa vanitas et p̄ſumptio
ſpūs. p̄ſumptio aūt ſpiritꝰ
audaciam ⁊ ſuꝑbiā ſignifi-
catꝭ. Vulgo etiā magnū ſpi
ritū ſuꝑbi habere dicūtur:
et recte. quādoq̄dem ſpūs
etiā vētus vocatꝭ. vnde ſcri
ptum eſt pſ. c. xlviiȷ̄. Jgnis
grādo nix glacies ſpūs tē-
peſtatis. Quis ergo neſci-
at: ſuꝑbos inflatos dici tā
q̄ vēto diſtētos? Unde eſt
etiā illud apl'i. i. corit. viiȷ̄.
Sciētia inflat: charitas e-
dificat. Quapropꝭ recte h̄
intelligūtꝭ pauꝑes ſpiri-
tu: hūiles ⁊ timētes deū. i.
nō habētes inflatū ſpiritū.
Nec aliunde incipe opor-
tuit beatitudinē: ſiquidem
ꝑuētura eſt ad ſūmā ſapiē
tiā. Jnitiū aūt ſapientie ti
mor dn̄i. Q̄m ⁊ ecōtrario:
initiū oīs pctī ſuꝑbia ſcri-
bitꝭ. Suꝑbi ergo appetāt ⁊

diligāt regna terraꝝ. bea-
ti aūt paupes ſpū qm̄ ipo-
rū eſt regnū celoꝝ.

¶ Capłm.iij.de ſecūda
beatitudine.

b Eati mites qm̄ ipi he
reditate poſſidebunt
terrā.[ Jllā credo terrā de
q̄ in pſalmis dr.cxli. Spes
mea es tu:portio mea ī ter
ra viuētiū.[ Significat em̄
quādā ſoliditatē ⁊ ſtabili-
tatez hereditatis ꝑpetue.
vbi aīa ꝑ bonū affectū tāq̄
loco ſuo requieſcit:ſic cor-
pus ī terra:⁊ inde cibo ſuo
alit ſicut corpus ex terra.
Jpa eſt reqes ⁊ vita ſctōꝝ.
Mites aūt ſūt q̄ cedūt im-
probitatib⁹:⁊ nō reſiſtunt
malo:ſꝫ vincūt in bono ma
lum.vt ad Ro.xij.dicit. Ri
xent ergo immites:⁊ dimi
cēt ꝓ terrenis ⁊ tpalib⁹ re
bus.beati autē mites:qm̄
ipſi hereditate poſſidebūt
terrā:de qua pelli nō poſ-
ſunt.

¶ De tercia beatitudīe.

Eati lugētes:qm̄ ipſi
cōſolabunt. Luct⁹ eſt
triſticia de amiſſiōe charo
rū. Cōuerſi aūt ad deū:ea
q̄ in hoc mundo chara am-
plectabant: amittūt. Non
enī gaudēt his reb⁹ quib⁹
ante gaudebāt:⁊ donec fi-
at in illis amor eternorum
nōnulla meſticia ſauciant.
Cōſolabunt ergo ſpū ſctō:
q̄ maxime ꝓpterea paracli
tus nominat: id eſt: cōſola
tor: vt tpalē amittētes lu-
ctū eterna leticia ꝑfruant.

¶ De quarta beatitu-
dine.

b Eati q̄ eſuriūt ⁊ ſitiūt
iuſticiā: q2 ipi ſatura
bunt. Jam iſtos amatores
dicit veri ⁊ incōcuſſi boni.
Jllo ergo cibo ſaturabunt
de q̄ ipe dixit dn̄s Joh.iiij.
Me⁹ cib⁹ eſt vt faciā volū-
tatē patris mei qd̄ eſt iuſti
cia. Et illa aqua de qua q̄ſ-
q̄s biberit nō ſitiet:vt idez
dicit Jo.iiij. Sed fiet in eo
fons aq̄ ſalientis in vitam
eternam.

¶ Capłm.vi.de quinta
beatitudine.

b Eati miſericordes: q̄
niā ipoꝝ miſerebitur
de⁹. Beatos eſſe dicit qui
ſubueniūt miſeris: qm̄ eis
ita rependit vt de miſeria li
berentur.

De ſexta beatitudine.

b Eati mūdo corde: qm̄
ipi deū videbūt.] Q̄ꝫ ꝙ
ſtulti ſunt q̄ deū iſtis exte=
riorib⁹ oculis querūt. cum
corde videat. ſic alibi ſcri=
ptū eſt ſap.i. et in ſimplici=
tate cordis q̄rite illū. Hoc
eſt enī mūdū cor: qđ ē ſim=
plex cor. Et queadmodum
lumē hoc videri nō pōt ni=
ſi oculis mūdis. ita nec de=
us videt niſi mūdū ſit illđ
quo videri poteſt.

¶ De ſeptima beatitu=
dine.

b Eati pacifici: qm̄ filij
dei vocabunt]. In pa
ce p̄fectio eſt vbi nil repu=
gnat. Et ideo filij dei paci=
fici: qm̄ nihil in his reſiſtit
deo. et vtiqꝫ filij dei ſimili=
tudinem patris habere de
bēt. Pacifici aūt in ſemet
ipſis ſunt: q̄ oēs animi ſui
motus cōponētes ꝛ ſubijci
entes rationi: id eſt: mēti ꝛ
ſpiritui. carnaleſqꝫ cōcupi=
ſcētias habētes edomitas
fiūt regnū dei. In quo ita
ordinata ſunt oīa: vt id qđ
eſt ī hoīe p̄cipuū ꝛ excellēs
Hoc impet ceteris nō relu
ctātib⁹ q̄ ſunt nobis beſtijſ
qꝫ cōmunia: atqꝫ idipm̄ qđ
excellit in hoīe: id eſt: mēs
ꝛ ratō ſubijciat potiori qđ
eſt ipa veritas vnigenitus
dei fili⁹. Neqꝫ enī imperare
inferiorib⁹ pōt niſi ſuperio=
ri ſe ipa ſubijciat. Et hec ē
pax q̄ dat in terra homīb⁹
bone volūtatis. vt luce. ij.
Hec vita cōſummati per=
fectiqꝫ ſapientis. De hmōi
regno pacatiſſimo ꝛ ordīa
tiſſimo miſſus eſt foras p̄n
ceps hui⁹ ſeculi: q̄ p̄uerſis
inordinatiſqꝫ dn̄at. hac pa
ce intrīſec⁹ conſtituta atqꝫ
firmata: quaſcūqꝫ p̄ſecutio
nes ille q̄ foras miſſus ē: fo
rinſec⁹ cōcitauerit: auget
gloriā q̄ ſm deū eſt: nō ali=
quid in illo edificio labefa

ctās.ſed deficiētibꝰ machi
nis ſuis innoteſcere faciēs
quāta firmitas intꝰ extru=
cta ſit. Ideo ſequitur. Bea
ti qui ꝑſecutionē patiūtur
ꝓpter iuſticiam: qm̄ ipoꝛū
eſt regnū celoꝛum.

¶ Capłm. iiij. de octaua
beatitudine.

ſ Unt autē oēs iſte ſnīe
octo. Iā enī cetera cōpel=
lans loquit̄ ad illos q̄ ade=
rāt dicēs. Beati eritis cū
vobis maledicēt ⁊ ꝑſeqnt̄
vos. ] Suꝑioꝛes aūt ſentē
tias generalit̄ digerebat.
Nō eī dixit: beati paupes
ſpū qm̄ veſtrū eſt regnū ce
loꝝ: ſed qm̄ ipoꝝ eſt regnū
celoꝝ. Nec beati mites: q̄
niā vos poſſidebitis terrā
ſed qm̄ ipi poſſidebūt ter=
rā. Et ita ceteras vſqꝫ ad
octauā ſentētiā vbi ait: btī
qui ꝑſecutionē. vſqꝫ regnū
celoꝛū. Inde iā incipit loq̄
p̄ſentes cōpellās: cū et illa
que ſupra dicta ſūt ad eos
etiā ptineāt q̄ p̄ſentes au=
diebāt: ⁊ hec poſtea q̄ vidē
tur p̄ſentibꝰ ſpecialiter di
ci ptineāt: etiā ad illos qui
abſentes vel poſt futuri e=
rāt. Quapꝛopter iſte ſentē
tiarū numerus diligenter
cōſiderādꝰ eſt. Incipit enī
beatitudo ab hūilitate: be
ati pauperes ſpū: id eſt: nō
inflati. Dū ſe diuine aucto
ritati ſubdit anima: timēs
poſt hāc vitam ne ꝑgat ad
penas. etiā ſi foꝛte in hac
vita ſibi beata eſſe videat̄.
Indeuenit ad diuinaꝝ ſcri
pturarū cognitionem: vbi
opoꝛtet eam ſe mitē p̄bere
pietati: ne id qđ imperitis
videt̄ abſurdū vituperare
audeat: ⁊ paruicacibꝰ con
certationibꝰ efficiat̄ indo=
cilis. Inde iam incipit ſci=
re quibꝰ nodis: ſeculi huiꝰ
ꝑ carnalē cōſuetudinē ac
peccata teneatur. Itaqꝫ in
hoc tercio gradu ī quo ſci
entia eſt: luget̄ amiſſio ſū=
mi boni: qꝛ inheret̄ extre=
mis. In quarto aūt gradu
laboꝛ eſt: vbi vehementer
incūbit̄: vt ſeſe animꝰ auel
lat ab his quibus peſtifera
dulcedine innexꝰ eſt. Hic ḡ

eſurit ⁊ ſitit iuſticia: ⁊ mul
tū neceſſaria eſt fortitudo.
qꝛ nō relinquit ſine dolore
qđ cū delectatōne retinet.
Quinto aūt gradu: pſeue-
rantibꝰ in labore dat eua-
dendi cōſiliū. Quia niſi qſ
qꝫ adiuuet a ſupiore: nullo
modo eſt ſibi idoneꝰ: vt ſe-
ſe tātis miſeriaꝝ implica-
mentis expediat. Eſt autē
iuſtū cōſiliū vt q̄ ſe a poten
tiore adiuuari vult: adiu-
uet infirmiorē in quo ē ipe
potētior. Itaqꝫ beati miſe
ricordes: qm̄ ipoꝝ miſere-
bitur. Sexto gradu eſt cor
dis mūdicia de bona cōſci
entia bonorū opm: valens
ad contēplandū ſummū il-
lud bonū: qđ ſolo puro ⁊ ſe
reno intellectu cerni pōt.
Poſtremo eſt ſeptia ipſa
ſapiētia: id eſt: contēplatio
veritatis pacificās totum
hoīem: ⁊ ſuſcipiēs ſimilitu
dinē dei q̄ ita cōcludit. Be
ati pacifici: qm̄ filij dei vo-
cabunt. Octauo gradu tā
q̄ ad caput redit. qꝛ ꝯſum
matū hoīem: pfectūqꝫ oſtē
dit ⁊ ꝓbat. Itaqꝫ in pma ⁊
octaua nomiatū eſt regnū
celoꝝ. beati paupes ſpū: q̄-
niā ipoꝝ eſt regnū celorū.
et beati qui pſecutionē pa
tiunt ꝓpter iuſticiam: qm̄
ipoꝝ eſt regnū celoꝝ. Cum
aūt dicit apl's ad rom. viij.
quis nos ſepabit a charita
te chriſti: tribulatio an an
guſtia: an pſecutio: an fa-
mes: an nuditas: an piculū
an gladiꝰ? Septē ſunt q̄ q
pficiūt. nam octaua clarifi
cat: ⁊ qđ pfectū eſt demon
ſtrat: vt p hos gradus pfi-
ciant ⁊ ceteri: tanq̄ a capi
te rurſus exordiēs. Videt
ergo mihi etiā ſeptiformiſ
opatio ſpūſſancti: de q̄ yſa
as loquit: his gradibꝰ ſen-
tētijſqꝫ cōgruere: ſꝫ intereſt
ordinis. Nā ibi enumera-
tio ab excellētioribꝰ cepit.
hic vero ab inferioribus.
Ibi nanqꝫ incipit a ſapien
tia et deſinit a timore dn̄i.
Sed initiū ſapiētie timor
dn̄i eſt. Quapropter ſi gra
datim tanq̄ aſcēdētes nu-
merem. primꝰ ē timor dn̄i

ſecūda pietas. tercia ſcien
tia. quarta fortitudo. q̇ntū
conſiliū. ſext⁹ intellectus:
ſeptima ſapientia. Timor
dn̄i cōgruit humilib⁹: de q̇
bus hic dicit̄. beati paupe=
res ſpū: id eſt: nō inflati: nō
ſupbi quib⁹ aplūs dicit ad
ro. xi. ca. Noli altū ſape ſꝫ
time: id ē: noli extolli. Pie
tas congruit mitib⁹. Qui
enī pie querit honorat ſan
ctā ſcripturā: ⁊ nō rephen
dit qḋ nōdū intelligit: ⁊ ꝓ
pterea nō reſiſtit qḋ eſt mi
tē eſſe. Unde hic dicit̄: bea
ti mites. Scientia cōgruit
lugētib⁹: q̇ iā cognouerūt
in ſcripturis: quib⁹ malis
vincti teneant̄: q̇ tanq̄ bo=
na ⁊ vtilia ignorātes appe
tiuerūt: de quib⁹ hic dicit̄.
beati qui lugent. Fortitu=
do cōgruit eſuriētib⁹ ⁊ ſiti
entib⁹. laborāt enī deſide=
rātes gaudiū de veris bo=
nis: ⁊ amorē a terrenis ⁊ a
corporalib⁹ auertere cupi
entes. de quib⁹ hic dicitur
beati qui eſuriūt et ſitiunt
iuſticiā. Conſiliū congruit
miſericordib⁹. Hoc eī vnū
remediū eſt de tātis malis
euadendi: vt dimittam⁹ ſi
cut et nobis dimitti volu=
mus: ⁊ adiuuem⁹ in q̇ poſ=
ſum⁹ alios: ſicuti nos ī quo
nō poſſum⁹ cupim⁹ adiuua
ri: de quib⁹ hic dicit̄. beati
miſericordes. Intellectus
cōgruit mūdis corde: tanq̄
purgato oculo q̇ cerni poſ
ſit: qḋ corpore⁹ ocl's n̄ vidit
nec aurꝭ audiuit: nec ī cor
hoīs aſcēdit. i. coꝛ. xx. de q̇
b⁹ hic dr̄: beati mūdo corde
Sapiētia cōgruit pacificꝭ:
in quib⁹ iam ordinata ſunt
oīa. nulluſq̄ mot⁹ aduer=
ſus ratōnē rebellis eſt: ſed
cūcta obtēperāt ſpūi hoīs.
cū ⁊ ipe obtēperat deo. de
quib⁹ hic dicit̄. beati pacifi
ci. Unū aūt primū qḋ ē re
gnū celoꝝ ꝓ ipis gradib⁹
varie nominatū eſt. In pri
mo ſicut oportebat poſitū
eſt regnū celoꝝ qḋ eſt ꝑfe=
cte ſummeq̄ ſapiētie aīe
rationalis. Sic itaq̄ dictū
eſt: beati paupes ſpū: qm̄
ipoꝝ eſt regnum celorum.

tanq̄ diceret: initiū ſapiē-
tie timor dñi. Mitib⁹ here
ditas data eſt tanq̄ teſta-
mentū patris cū pietate q̄
rentib⁹. beati mites: quo-
niā ipſi hereditate poſſide-
būt terrā. Lugentib⁹ cōſo
latio tanq̄ ſciētib⁹ q̄d ami
ſerint ⁊ quib⁹ immerſi ſūt.
Beati qui lugēt qm̄ ipſi cō
ſolabunt. Eſuriētib⁹ ⁊ ſiti
entibus iuſticiā: ſaturitas:
tanq̄ refectio laborātib⁹:
fortiterq̄ certātib⁹ ad ſa-
lutē. Beati qui eſuriūt ⁊ ſi
tiūt iuſticiā: qm̄ ipſi ſatura
bunt. Miſericordio⁹ miſe
ricordia: tanq̄ vero ⁊ opti
mo cōſilio vtētib⁹: vt hoc
eis exhibeat a potentiore:
q̄d inualidioribus ipſi exhi
bēt. Beati miſericordes: q̄
niā ipſoꝝ miſerebit. Mun-
dus corde: facultas viden
di deū: tanq̄ puꝝ oculū ad
intelligēda eterna gerēti-
bus. beati mūdo corde qm̄
ipſi deū videbūt. Pacificis:
dei ſimilitudo: tāq̄ pfecte
ſapiētibus: formatiſq̄ ad
imaginē dei p regeneratō
nē noui homīs. beati paci-
fici qm̄ filij dei vocabūtur.
Et iſta quidē ī hac vita cō
pleri poſſunt: ſicut cōpleta
eſſe in aplis credim⁹. Nā
illa omnimoda in angelicā
formā mutatio: q̄ poſt hāc
vitā pmittit: nullis verbis
exponi pōt. beati q̄ pſecu-
tionē patiunt ppter iuſti-
ciā qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celo
rū. Hec octaua ſententia q̄
ad caput redit: perfectūq̄
hoīem declarat: ſignificat
fortaſſe ⁊ circūciſionē octa
uo die in veteri teſtamēto:
et dñi reſurrectionem poſt
ſabbatū: qui eſt vtiq̄ octa-
uus idēq̄ prim⁹ dies. ⁊ ce-
lebrationē octauaꝝ feriaꝝ
quas in regeneratiōe noui
hoīs celebram⁹. ⁊ numero
ipo pēthecoſtes. Nā ſepte
nario ſepties multiplicato
q̄ fiūt q̄draginta nouē q̄ſi
octau⁹ addit vt q̄nquagin
ta cōpleant: ⁊ tanq̄ redea
tur ad caput. Quo die miſ
ſus eſt ſpūſſanctus quo in
regnū celorū ducimur: et
hereditatem accipimus: ⁊

cōſolamur et paſcimur et
miſericordiā cōſequimur:
et mundamur et pacifica-
mur: atq; ita ꝑfecti omnes
extrinſecꝰ illatas moleſti-
as ꝓ veritate ⁊ iuſticia ſu-
ſtinemꝰ. Beati inquit eri-
tis cū vobis maledicent ⁊
vos perſequētur et dicent
omne malū aduerſum vos
mentiētes ꝓpter me. gau-
dete et exultate: qm̄ mer-
ces veſtra multa eſt in ce-
lis. Animaduertat quiſq;
delicias huiꝰ ſeculi ⁊ facul
tates rerū tēporaliū que-
rit in homīe chriſtiano: in-
trinſecꝰ eſſe noſtrā beatitu
dinē. ſicut de aīa eccl'aſtica
ore ꝓphetico dicit. pſ̄. xx.
Oīs pulchritudo filie re
gis intrinſecus. nam extrī
ſecus maledicta ⁊ perſecu
tiones ⁊ detractiones pro
mittunt. de quibus tamen
magna merces in celis eſt
que ſentit in corde. Pati
entia aūt eorū qui iam poſ
ſunt dicere. gloriamur in
tribulatōnibꝰ. ſciētes quo
niam tribulatio patientiā
operatur: patientia proba
tionē. ꝓbatio ſpem. Spes
aūt nō confundit. quia cha
ritas dei diffuſa eſt in cor-
dibus noſtris ꝑ ſpiritū ſan
ctū qui datꝰ eſt nobis. Nō
enī iſta perpeti fructuoſuz
eſt: ſz iſta pati ꝓ chriſti no-
mine. ⁊ nō ſolum equo ani
mo: ſed cū exultatione etiā
tolerare. nam multi hereti
ci nomine chriſtiano aīas
decipiētes: multa talia pa
tiunt. ſed ideo excludūtur
ab iſta mercede. quia nō di
ctū eſt tm̄ beati q̄ ꝑſecutio
nē patiunt ſed additū eſt
ꝓpter iuſticiā. Ubi autē ſa
na fides nō eſt: nō pōt eſſe
iuſticia. q; iuſtus ex fide vi
uit. Neq; ſciſmatici aliq̄d
ſibi ex iſta fide ꝓmittāt. q;
ſilr vbi charitas nō eſt: nō
pōt eſſe iuſticia. Dilectō ei
ꝓximi malū nō opat. quaz
ſi haberēt: nō laniarēt cor-
pus chriſti quod eſt eccl'ia.
Queri aūt pōt q̄d intſit ꝙ
ait. cū vob̄ maledicēt ⁊ di-
cēt oē malū adūſuz vos. cū
maledicē hoc: ſit malūdicē

Sed aliter. maledictum ia ctat cū cōtumelia corā illo cui maledicit. ſicut dño no ſtro dictū eſt. nōne ver dici mus  ſamaritan9 es ⁊ de moniū habes? io. viij. Alit cū abſētis fama ledit. ſic d illo itē ſcribit. alij dicebant  pp̄ha eſt. alij dicebāt nō ſz seduc ppl̄z. Jo. vij. Per ſequi aūt eſt vim īferre vt inſidijs appetere: qd fecit qui eū tradidit et qui eum crucifixerūt. Sane  etiaz hoc nō eſt nude poſitū vt di ceret. ⁊ dicēt oē malū ad uerſum vos. ſed additū eſt mētiētes. additū etiā pro= pter me. pp̄ter eos additū puto q volūt de pſecutioni bus ⁊ de fame ſue turpitu= dine gloriari. ⁊ ideo dicere ad ſe ptinere chriſtū:  mlt ta de illis dicunt mala cuz et vera dicant qn̄ de illorū errore dicunt. Et ſi aliquā do etiā nōnulla falſa iactā tur qd temeritate hoīz ple rumq accidit: nō tn̄ pp̄ter chriſtū iſta patiunt. Nō eī chriſtū ſequit qui nō ſm ve ram fidē ⁊ catholicā diſci= plinā chriſtianus vocatur. [Gaudete ⁊ exultate inqt: qm̄ merces veſtra multa ē eſt in celis.] Nō hic celos dici puto: ſupiores partes mūdi hui9 viſibilis. nō eniz merces noſtra q incōcuſſa eſſe ⁊ eterna debet in reb9 volubilib9 ⁊ tpalib9 collo= cāda eſt. ſed in celis dictuz puto. in ſpiritalib9 firmamē tis vbi habitat ſempiterna iuſticia. Jn quo cōparatō ne terra dicit aīa iniqua. cui peccāti dicit: terra es ⁊ in terrā ibis. De his celis dicit apl's philip. iij. qm̄ cō uerſatio veſtra in celis eſt. Sentiūt ergo iā iſtā mer= cedē qui gaudent ſpeciali= bus bonis: ſed ex oīi par= te pficiet: cū etiaz mortale hoc induerit immortalita tē. Jta enī inqt. i. cor. xv. p ſecuti ſunt ⁊ pp̄hetas qui ante vos fuerūt. Nō pſecu tionē generaliter poſuit: ⁊ in maledictis ⁊ in dilacera tione fame. Et bene exem= plo adhortat9 eſt: q2 vers

dicētes solēt ꝑsecutionem pati. nec tn̄ ideo prophete antiqui timore ꝑsecutiōis a veritatis p̄dicatōne defecerūt. Rectiſſime itaq; sequitur.

Capitulum.v.

v Os esti sal terre. ostēdens fatuos esse iudicādos qui tēpaliū bonorū vel copiā sectātes vel inopiā metuētes: amittūt eterna: que nec dari poſſunt ab homib⁹: nec auferri. Itaq; si sal infatuatū fuerit ī quo salietur: id est: si vos p quos condiēdi sunt quodāmodo populi: metu ꝑsecutionū tēporaliū amiseritis regna celorū qui erūt hoīes: p quos vobis error auferatur? Cū vos elegerit de⁹ p quos errorē auferat ceterorū. Ergo ad nihilū valet sal infatuatū: nisi vt mittatur foras & calcetur ab homib⁹. Nō itaq; calcatur ab hoībus qui patitur ꝑsecutionē: sed qui ꝑsecutionē timēdo infatuatur. Calcari eni nō pōt nisi inferior: sed inferior nō est: q̄ q̄uis in corpore multa in terra sustineat: corde tn̄ fixus in celo est.

Capitulum.vi.

v Os estis lumē mundi Quō dixit sal terre superius sic nūc dicit lumen mūdi. Nā neq; sup̄ius ista terra accipiēda est quā pedib⁹ corporeis calcam⁹: sz hoīes qui in terra habitāt vel etiā peccatores quorū cōdiendis & extinguendis putoribus. apl'icū salē dn̄s misit. Et hic mūdū nō celū et terrā sed hoīes qui sunt in mūdo vel diligūt mūdū oportet intelligi. quib⁹ illuminādis apl'i miſſi sunt.

Capitulum.vij

n On pōt ciuitas abscōdi supra montē constituta: id est: sup insignē magnāq; iusticiā quā significat etiā ipē mōs in q̄ disputat dn̄s. Neq; accēdūt lucernā & ponunt eā sub modio. Quid putam⁹ ita esse dictū sub modio: vt occultatio lucerne tn̄ accipienda sit: tāq; si diceret. nemo

accēdit lucernā ⁊ occultat illā. an aliqd etiā modius ſignificat: vt hoc ſit ponere lucernā ſub modio: ſuperiora facere corporis commoda ꝙ̄ p̄dicationē veritatis. vt ideo qſqꝫ veritatem nō p̄dicet: dū timet ne qd i reb⁹ corporalib⁹ ⁊ tp̄alib⁹ moleſtie patiat. Et bn̄ modius dicit: ſiue ꝓpter retributionē mēſure. ij. cor. v. q̄ qſqꝫ recipiet q̄ geſſit in corpore: vt illic inqt apl's recipiet vnuſqſqꝫ q̄ geſſit i corpore. ⁊ tanq̄ de hoc modio corporis alio loco dicitur: Mat. vij. In qua eni mensura mēſi fueritis in ea remetiet vobis. ſiue qm̄ tp̄alia bona q̄ corpe p̄agunt: certa dier mēſura ⁊ inchoant ⁊ trāſeūt: quā fortaſſe ſignificat modi⁹ eterna vero ⁊ ſpiritalia: nullo tali fine cohercent. Nō enim ad mēſurā dat de⁹ ſpm̄. Sub modio ergo lucernā ponit quicunqꝫ lucē doctrine bone cōmodis tp̄alib⁹ obſcurat ⁊ tegit. Sup cādelabr ponit qui corpus ſuū miniſterio dei ſubijcit vt ſuperior ſit p̄dicatio veritatis ⁊ inferior ſeruit⁹ corpis. p ipſam tn̄ corpis ſeruitutē excellētior luceat doctrina: q̄ per officia corpalia: id eſt: p vocē ⁊ linguā et ceteros corporis mot⁹ in bonis opib⁹ inſinuat etiam diſcētibus. Sup cādelabrū ergo pōit lucernā apl's cū dicit. i. corinth. ix. nō ſic pugno ſicut aerē cedēs: ſed caſtigo corpus meū ⁊ ſeruituti ſubijcio: ne forte alijs p̄dicans: ip̄e reprob⁹ inueniar. Q8 vero ait vt luceat his qui i domo ſunt. domū puto dictā habitationē iſtā hoim: id eſt ip̄m mūdū. ꝓpter id qd ſupius ait vos eſtis lum̄ mūdi. aut ſi domū qſqꝫ vult accipere eccl'iam. neqꝫ hoc abſurdū eſt. Sic luceat inquit lumē veſtrū corā hoibus vt videāt bona facta veſtra ⁊ reliqua. Si tm̄mō diceret. Sic luceat lumen vr̄m corā hoib⁹ vt videāt bona facta vr̄a finē cōſtitu

iſſe videret in laudib⁹ ho-
minū quas querit hypocri
te ꝛ qui ambiunt ad hono-
res ꝛ captāt inaniſſimam
gloriā. Contra q̄s dicit ad
gal.i. Si adhuc hoīb⁹ pla-
cerē chriſti ſeru⁹ nō eſſem.
Et ꝑ prophetā pſ.lij. Qui
hoīb⁹ placēt cōfuſi ſunt. q2
de⁹ nihilifecit illos. Et ite
rū pſ.lij. dn̄s confregit oſ-
ſa hoīb⁹ placentiū. Et rur
ſus apl's ad gal.vi. nō effi-
ciamur inanis glorie cupi-
di. Et ipē iterū .i. cor.xi. pro
bet aūt ſeipm̄ hō ꝛ tūc in ſe
metipō gl'iaz habebit ꝛ nō
in altero. Nō ḡ tm̄ dixit vt
videāt bona facta vr̄a. ſed
addidit. ꝛ glorificēt patrē
vr̄m qui in celis eſt. vt hoc
ipm̄ ꝙ hō ꝑ bona opa pla-
cet hoīb⁹. nō ſibi finē cōſti
tuat vt hoīb⁹ placeat ſꝫ re
ferat hoc ad laudē dei. ꝛ ꝓ
pterea placet hoīb⁹ vt ī il
lo glorificet de⁹. hoc enim
laudantib⁹ expedit vt non
hoīez ſed deū honorēt. Si
cut in ipō hoīe quē porta-
bat dn̄s oſtendit. vbi admi
rate turbe de paralitico ſa
nato virtutes ei⁹. ſicut in
euāgelio ſcriptū eſt. timue
rūt ꝛ glorificauerūt deū q̄
dedit poteſtatē talē hoīb⁹
Cui⁹ imitator apl's paul⁹
ad gal.i. Tm̄ aūt audiētes
erāt. q2 qui aliqn̄ nos pſeq̄
bat nūc euāgeliſat fidem.
quā aliqn̄ vaſtabat. et ī me
magnificabāt deū. C.viij

Poſtea ꝙ ḡ cohortat⁹
eſt audiētes vt ſe pre
pararēt ad oīa ſuſtinēda ꝓ
xitate atq3 iuſticia ꝛ vt nō
abſcōderēt bonū qd̄ acce-
pturi erāt ſꝫ ea beniuolen
tia diſcerēt vt ceteros do-
cerēt nō ad laudē ſuā ſꝫ ad
gloriā dei. bona opa ſua re
ferētes. incipit iam eos in
formare ꝛ docere. qd̄ doce
ant tanꝗ ſi quererēt dicē-
tes. Ecce volum⁹ omīa ſu-
ſtinere ꝓ tuo nomīe et do-
ctrinā tuā nō abſcondere.
Sꝫ q̄d ē hoc ipm̄ qd̄ vetas
abſcōdi. ꝛ ꝓ q̄ iubes oīa to
lerare? Nūq̄d alia dictur⁹
es cōtra ea q̄ in lege ſcp̄ta
ſunt? Non inquit.

Capitulum.ix.

n Olite eni putare: qm veni ſoluere legē: aut pphas. nō veni ſoluere ſed implere. In hac ſententia duplex ſenſus eſt. Scd'm vtrūqꝫ tractādū ē. Nam q dicit: nō veni ſoluere legez ſed implere. aut addēdo dicit qd min' habet. aut faciendo qd habet. Illud ergo prius cōſideremus quod primo poſuit. Nā q addit qd minus habet non vtiqꝫ ſoluit qd inuenit: ſed magis pficiēdo cōfirmat. Et ideo ſequit̄ & dicit. Ca.x.

a Men dico vobis: donec trāſeat celū & terra: iota vnū vel vnus apex non tranſiet a lege donec hec oīa fiāt. dū enī fiūt etiam illa q addunt̄ ad perfectionē. multo magis fiūt illa q pmiſſa ſunt ad inchoationē. Q; aūt ait iota vnuz vel vn' apex nō trāſiet a lege. nihil pōt aliud intelligi niſi vehemens expſſio pfectiōis q p lr̄as ſinglas demōſtrata eſt. Inter q̄s litteras iota minor ē ceteris qꝛ vno ductu fit. Apex aūt eſt etiā ipi' aliq in ſummo particla. Quib' v̄bis oſtēdit̄ in lege ad effectū etiaz minima queqꝫ pduci. Deinde ſubiicit.

Capitulum.xi.

q Ui enī ſoluerit vnum de mādatis iſtis minimis: & docuerit ſic hoīes: mīm' vocabit̄ ī reg celorū. Mādata ergo minima ſignificant̄ p vnū iota. et p vnuz apicē. Qui ergo ſoluerit & docuerit ſic: id eſt: ſm id qd ſoluit non ſcd'um id quod inuenit & legit: minim' vocabit̄ in regno celoꝝ. & fortaſſe iō nō erit ī regno celorū: vbi niſi magni eſſe non poſſunt. Qui aūt fecerit & docuerit ſic: hoc eſt: qui nō ſoluerit & docuerit ſic: ſm id qd nō ſoluit magn' vocabit̄ ī reg celoꝝ. ſeqt̄ vt ēt ſit ī regno celoꝝ: q magni admittunt̄. Ad hoc eī ptinet qd ſeqt̄. Cap.xii.

d Ico enī vobis. qꝛ niſi abūdauerit iuſticia ve

ſtra plus ꝙ ſcribaꝝ ⁊ pha-
riſeoꝝ: nō intrabitis in re-
gnū celoꝝ: id eſt: ſi nō ſoluꝫ
illa minima legis p̄cepta
non impleueritis q̄ hoīem
inchoant ſed etiā iſta que
a me addunt᷑: qui non veni
legē ſoluere ſed adimplet᷑:
nō intrabitis in regnū ce-
loꝝ. Sed dicis mihi. Si de
illis mādatis minimis cū
ſuꝑius loqueret᷑ dixit mini
mū vocari in regnū celoꝝ:
quiſq̄s vnū illoꝝ ſoluerit ⁊
ſm ſuā ſolutionē docuerit.
magnū aūt vocari: quiſq̄s
ea fecerit ⁊ ſic docuerit: et
eo iā in regnū celoꝝ futuꝝ
eſſe: q̄ꝛ magnꝰ eſt. Q̄d opus
eſt addi p̄ceptis legis mi-
nimis: ſi iā in regno celoꝝ
pōt eſſe. q̄ꝛ magnꝰ eſt quiſ-
quis ea fecerit: ⁊ ſic docue
rit. Quapropter ſic accipi
enda eſt ipa ſentētia. q̄ aūt
fecerit et docuerit ſic: ma-
gnus vocabit᷑ in regno ce-
loꝝ: id eſt: nō ſm illa mini-
ma: ſed ſm ea q̄ ego dictu-
rus ſuꝫ. Que ſunt aūt iſta?
Ut abūdet inq̄t iuſticia ve
ſtra plus ꝙ ſcribaꝝ ⁊ pha-
riſeoꝝ: q̄ꝛ niſi abundauerit
nō intrabitis in regnū ce-
loꝝ. Ergo qui ſoluerit illa
minima ⁊ ſic docuerit: mi-
nimꝰ vocabit᷑. qui aūt fece
rit illa minima ⁊ ſic docue
rit: iā nō magnꝰ vocandus
eſt: et eſt idoneꝰ regno celo
rū. Sed tñ nō tam minimꝰ
ꝙ ille qui ſoluit. Ut aūt ſit
magnꝰ atq̄ illi regno aptꝰ
facere debet ⁊ docere ſicut
nūc chriſtus docet: id ē: vt
abundet iuſticia eiꝰ ſuper
ſcribaꝝ ⁊ phariſeorum.

¶ Capłm. xiij.

i Uſticia phariſeoꝝ eſt:
vt nō occidāt. iuſticia
eoꝝ qui intraturi ſunt ī re
gnū dei: vt nō iraſcant᷑ ſine
cauſa. Minimū ergo eſt nō
occidere. ⁊ qui illud ſolue-
rit minimus vocabit᷑ in re-
gno celoꝝ. qui aūt illud im
pleuerit vt nō occidat: non
cōtinuo magnꝰ ⁊ idoneus
erit in regno celoꝝ. ſed tñ
aſcēdit aliquē gradū. per-
ficiet᷑ autē ſi nec ſine cauſa
iraſcit᷑. qḋ ſi ꝑfecerit: mlto

remotior erit ab homici-
dio. Quapropter qui docz
vt nõ irascamur non soluit
legẽ ne occidam⁹: ſz ĩplet
poti⁹: vt ⁊ foris dũ nõ occi
dim⁹: ⁊ in corde dũ nõ ira-
ſcimur: innocẽtiã custodia
mus.

Capłm. xiiij.

a Udistis ergo inqt q
dictũ est antiqs: nõ oc
cides. qui aũt occiderit re
us erit iudicio. Quid autẽ
intſit ĩter reũ iudicio: ⁊ reũ
ↄcilio: ⁊ reũ gehẽne ignis.
Nã hoc postremũ ſonat g-
uiſſimũ: ⁊ admonet grad⁹
quoſdã factos a leuiorib⁹
ad grauiora donec ad ge-
hennã ignis veniret. Et iõ
ſicut leui⁹ est eſſe reũ iudi-
cio q̃ eſſe reũ concilio. Ita
leui⁹ est eſſe reũ concilio q̃
eſſe reum gehenne ignis:
oportet leui⁹ eſſe ĩtelligat.
iraſci ſine cauſa fratri: q̃
dicere racha. ⁊ rurſus: leui
us eſſe dicere racha: q̃ di-
cere fatue. Nõ enĩ reatus
ip̃e haberet grad⁹ niſi gra
datim etiã peccata cõme-
morarent. Hic aũt vnũ ver
bũ obſcurũ poſitũ est: quod
nec grecũ est nec latinũ: ra
cha. Cetera vero in ſmone
nostro ſunt vſitata. Nõnul
li enĩ de greco trahere vo
luerũt interp̃tationẽ hui⁹
vocis: putãtes pãnoſũ: di-
ci racha. qm̃ grece pãnus
rachos dicit. A quib⁹ tamẽ
cũ querit quid dicat grece
pãnoſus: nõ reſpõdent ra-
cha. Sz deinde poſſet lati
nus ĩterpres vbi poſuit ra
cha pãnoſum ponere: nec
vti verbo inuſitato qđ ⁊ in
latina lingua nullũ ſit: ⁊ in
greca inuſitatũ est. detroã
in hebreo ꝓ inanis ſcribit
racha. vnde intelligim⁹ id
qđ in euãgelio tenet: q̃ fra
tri ſuo racha ⁊ fatue dixe-
rit: quã habeãt interp̃tatiõ
nẽ. ꝓbabili⁹ est ergo qđ au
diui a quodã hebreo cũ id
interrogaſſem. dixit enĩ eſ
ſe vocẽ nõ ſignificantẽ ali-
quid: ſed indignãtis animi
motũ exprimentẽ. Has in-
teriectiões grãmatici vo-

cāt particulas oratiōis: ſignificātes commoti animi affectū: velut cū dicit a dolēte heu: vel ab iraſcente hem. Que voces quarūcū ꝗ linguaꝝ ſunt ꝓprie. nec in aliā linguā facile tranſferunt. Que cauſa vtiꝗ coegit: tam grecū interp̄tem ꝙ latinū: vocē ipſam ponere: cū quomō eā interpretaretur: nō inueniret. Gradus itaꝗ ſunt in iſtis peccatis vt p̄mo quiſq̄s iraſcatur: ⁊ eū motū retineat corde conceptū. Jam ſi extorſerit vocē indignātis ipſa cōmotio nō ſignificantē aliquid: ſed illū animi motū ipſa eruptōne teſtantē: qua feriatur ille cui iraſcitur. plus eſt vtiꝗ ꝙ ſi ſurgens ira ſilentō premeretur. Si vero nō ſolū vox indignantis audiat: ſed etiā verbū: quod iam certā vituperationē eius in quē ꝓfertur: deſignat ⁊ notet quis dubitat amplius hoc eſſe: ꝙ ſi ſolus indignatōnis ſon⁹ ederet. Itaꝗ ī p̄rīo vnum

eſt: id eſt: ira ſola. In ſecundo duo: ira ⁊ vox q̄ iram ſignificat. In tercio tria: ira et vox que irā ſignificat et in voce ipſa certe vitupatōnis expreſſio. Uide nūc etiam tres reatus: iudicij: cōcilij: gehenne ignis. Nā in iudicio adhuc defenſiōi datur loc⁹. In cōcilio autem quāꝗ ⁊ iudiciū eſſe ſoleat: tamē quia intereſſe aliq̄d: hoc loco fateri cogit ipſa diſtinctio. videt ad cōciliū ꝑtinere ſentētie ꝓlatō: q̄n nō iā cū ipo reo agit vtruz dānand⁹ ſit. ſz int ſe q̄ iudicāt ꝯferūt q̄ ſupplicio dānād⁹ ſit: quē ꝯſtat eē dānādū. Gehenna xͦo ignis nec dānationē habet dubiā: ſic iudiciū: nec dānati penam ſicut cōciliū. In gehenna quippe certa eſt: ⁊ dānatio et pena dānati. Uident ergo aliqui grad⁹ in peccatis et in reatu. Sz q̄b⁹ modis inuiſibiliter exhibeant meritis aīaꝝ: q̄s pōt dicē: Audiēdū ē itaꝗ q̄ntū interſit int iuſticiā phariſeoꝝ

et iuſticiā maiorē: q̄ in re-
gnū celoꝝ introducit. Q̄d
cū ſit grauius occidere q̄
verbo irrogare cōuitiū: ibi
occiſio reū facit iudicio: h̄
aūt ira: reū facit iudicō qd̄
triū illoꝝ peccatoꝝ leuiſſi-
mū ē. qꝛ illic queſtionē ho-
micidij inter homīes agi-
tabāt: hic aūt oīa diuino
iudicō dimittunt: vbi finis
dānatoꝝ eſt gehēna ignis.
Quiſqs aūt dixerit q̄ gra
uiori ſupplicio: ī maiori iu
ſticia punit homicidium. ſi
gehēna ignis punit cōuiti
um: cogit intelligi eſſe dif-
ferētias gehennaꝝ. Sane
in iſtis trib⁹ ſentētijs ſub-
auditio verboꝝ intuēda ē.
habet eī pⁱma ſentētia om-
nia verba neceſſaria vt ni-
hil ſubaudiat. Qui iraſcit
inquit fratri ſuo ſine cauſa
re⁹ erit iudicio. In ſecūda
vero cū ait. qui aūt dixerit
fratri ſuo racha: ſubaudit
ſine cauſa: ꝛ ita iungit: re⁹
erit cōſilio. Iam in tercia
vbi ait: qui autē dixerit fa-
tue: duo ſubaudiunt: et fra
tri ſuo: ꝛ ſine cauſa. Hoc eſt
vnde defendit q̄ apl's ga-
lathas vocat ſtultos: quos
etiā fratres nominat. non
enī id fecit ſine cauſa. Ido
aūt hic frater ſubaudiēd⁹
eſt: qꝛ de inimico poſtea di
citur. quō etiā ipe tractan
dus ſit maiore iuſticia. De
inde hic ſequitur.

## Capl̄m. xv.

ſ I ergo obtuleris mu
nus tuum ad altare.
Hinc itaq; apparet de fra-
tre dictum ſuperius: quo-
niā ſentētia q̄ ſequit: ea cō
iūctione cōnectit: vt ſupio
ra teſtet. Nō enī ait. Si au
tē obtuleris mun⁹ tuū ī al
tare: ſed ait. ſi ergo obtule
ris mun⁹ tuum ad altare.
Nā ſi iraſci nō fas eſt fra-
tri ſine cauſa: aut dicere ra
cha: aut dicere fatue. mul-
to min⁹ fas eſt animo tene
re aliqd: vt ī odiū indigna-
tio ꝯuertat. Ad qd̄ ptinet
etiā q̄ alio loco dicit ad e-
phe. iiij. nō occidat ſol ſu-
per iracūdiā veſtrā. Iube-
mur ergo illaturi mun⁹ in

altaꝛ: ſi recoꝛdati fuerim⁹ aliquid aduerſum nos habere fratrē: mun⁹ ante altare relinquere: ⁊ ꝑgere ac recōciliari fratri. deinde venire ⁊ mun⁹ offerre. Qđ ſi accipiaꝛ ad litterā: fortaſſis aliqͥs credit ita fieri oportere: ſi p̄ſens ſit frater: nō enim diuti⁹ differri pōt: cū mun⁹ tuū relinquere ante altare iubearis. Si ergo de abſente ⁊ qđ fieri pōt etiā trās mare cōſtituto aliquid tale veniat in mentē: abſurdū ē credere ante altare mun⁹ relinquēdū: qđ poſt terras ⁊ maria perrata offeras deo. Et ideo ꝓrſus intus ad ſpūalia refugere cogimur vt hoc qđ dictū eſt ſine abſurditate poſſit intelligi. Altare itaqꝫ ſpecialiter in interioꝛe dei tēplo: ipam fidē accipe poſſum⁹: cui⁹ ſignū eſt altare viſibile. Quodlibet eī munus offerim⁹ deo: ſiue prophetiā ſiue doctrinam ſiue oꝛatōnē ſiue hymnum ſiue pſalmū: ⁊ ſi quid tale aliud ſpecialiū donoꝝ animo occurrit: acceptū eſſe nō pōt deo: niſi fidei ſinceritate fulciatur: ⁊ ei fixe atqꝫ immobili firmiter tāq̄ altari imponaꝛ: vt poſſit integrū atqꝫ illibatū eſſe qđ loqͥmur. Nā multi heretici nō habētes altare: id eſt: veram fidē: blaſphemias ꝓ laude dixerūt. terrenis videlicet opinatiōib⁹ aggrauati: votū ſuū tanq̄ in terrā ꝓiicientes. ſꝫ debet eſſe ſana offerētis etiā intētio. Et ꝓpterea cū tale aliqͥd oblaturi ſum⁹ in coꝛde noſtro: id eſt: in īterioꝛe dei tēplo. tēplū enī dei ſanctū eſt inquit qđ eſtis vos. i. coꝛ. iij. ⁊ in interioꝛe homīe habitare chꝛiſtū per fidē ī coꝛdibus noſtris. ſi in mētē venerit q̄ aliquid habeat aduerſus nos frater: id eſt: ſi nos eū ī aliquo leſim⁹: tūc enī ipe habet aduerſū nos. Nā nos habem⁹ aduerſus illū: ſi ille nos leſit. vbi non opus eſt ꝑgere ad recōciliationē. nō enī ab eo veniaꝫ

poſtulabis qui tibi fecit iniuriã: ſꝫ tm̄ dimittas: ſicut tibi a domĩo cupis dimitti qđ ipẽ cõmiſeris. Pergẽdũ eſt ergo ad recõciliationẽ: cum in mẽtẽ venerit: ꝙ nos forte fratrẽ in aliquo leſimꝰ. Pergendũ aũt nõ pedibꝰ corporis ſed motibus animi: vt te humili affectu proſternas fratri. ad quẽ chara cogitatione cucurreris ĩ cõſpectu eiꝰ cui munꝰ oblaturꝰ es. Ita enĩ etiã ſi pñſens ſit poteris eũ nõ ſimulato animo lenire: atqꝫ in gratiã reuocare: veniã poſtulãdo. ſi hoc prius corã deo feceris: pergens ad eũ: non pigro motu corporis: ſed celerrimo dilectõnis affectu. atqꝫ inde veniẽs: id eſt: intẽtionẽ reuocãs ad id qđ agere cepas: offeres munꝰ tuum. Quis aũt facit hoc: vt fratri ſuo vel nõ iraſcaꝶ ſine cauſa: vꝉ racha ſine cauſa nõ dicat: vel eũ fatuũ non ſine cauſa appellet. qđ totũ ſuperbiſſime admittiꝶ. vel ſi forte ĩ hoꝝ aliq̃ lapſus fuerit: qđ vnũ eſt remediuꝫ: ſupplici animo veniã depcetur. niſi quiſqꝫ inanis iactãtie ſpũ nõ inflatur. Beati ꝗ pauperes ſpũ: qm̄ ipoꝝ eſt regnũ celoꝝ. Nũc iam videamus quod ſequitur.

Capłm. xvi.

e Sto inq̄t beniuolens aduſario tuo cito cuꝫ es in via cũ eo: ne forte tradat te aduerſariꝰ iudici: et iudex tradat te miniſtro: ⁊ mittaris in carcerẽ. Amẽ dico tibi: nõ exies inde donec reddas nouiſſimũ quadrantẽ. Judicẽ intelligo filiũ. Jo. v. pater enĩ nõ iudicat quẽqꝫ: ſed iudiciũ om̃e dedit filio. Miniſtrũ intelligo angelũ. Mat. x. Et angeli inquit miniſtrabãt ei. et cũ angelis ſuis venturũ credimꝰ ad iudicandos viuos ⁊ mortuos. Carcerem intelligo penas videlꝫ tenebraꝝ: q̃s in alio loco tenebras exteriores vocat. Credo ꝓpterea ꝙ intrinſecus ſit in ipſa mente. vel

etiā ſi quid ſecretiꝰ cogita
ri pōt: gaudiū diuinoꝝ pre
mioꝝ. de quo dicitur ſeruo
bene merito Mat. xxv. in=
tra in gaudiū dn̄i tui. Quē
admodū etiā in hac ordia=
tione reipublice: vel a p̄ca
rio: vl' a ſecretario iudicis:
extra mittitur q̄ in carce=
rē mittitur. De ſoluēdo au
tē nouiſſimo quadrāte: po
teſt non abſurde intelligi:
aut ꝓ eo poſitū ꝙ nihil re
linq̄tur impunitū. ſicut lo=
quētes etiam dicimꝰ: vſ
ad fecem cū volumꝰ expri=
mere aliquid ita exactum:
vt nihil relinqueretur: vel
vt ſignificarētur nomīe q̄=
drantis nouiſſimi terrena
peccata. quarta eniꝫ pars
diſtinctorū mēbroꝝ huius
mūdi: ⁊ ea nouiſſima terra
inuenitur: vt incipias a ce
lo: ſcđꝫ aerē nūeres: aquā
terciā: quartā terrā. Pōt
ergo cōuenieēter videri di=
ctum: donec ſoluas nouiſſi
mū quadrantē: donec luas
terrena peccata. hoc enī ⁊
peccator audiuit. terra es
et in terrā ibis. Donec ſol
uas aūt qđ dictū eſt: miror
ſi non eā penā ſignificat: q̄
vocatur eterna. Unde eniꝫ
ſoluetur illud debituꝫ: vbi
iā nō datur penitēdi et cor
rectiōis locus? Ita enī for
taſſe hic poſitū eſt: ſoluas:
quō in illo vbi dictū eſt: ſe=
de ad dexterā meaꝫ donec
ponam om̄es inimicos tu
os ſub pedibꝰ tuis. Nō enī
cū fuerint inimici ſub pedi
bus poſiti: deſinet eſſe ille
ad dexterā. Aut aliud apl's
p̄ma coꝛ. xv. oportet enī il
lum regnare donec ponat
omnes inimicos ſuos ſub
pedibus ſuis. Nō enī cū in
cōpoſiti fuerint deſinet re
gnare. quēadmodum ergo
ibi interrogatur de quo di
ctū eſt: oportet eū regnare
donec ponat oēs inimicos
ſuos ſub pedibꝰ ſuis ſp̄ reg̃
tur: qm̄ ſp̄ illi erūt ſub pedi
bꝰ. Ita h̄ accipi p̄t de q̄ di=
ctū ē mat. v. nō exies inde:
donec ſoluas nouiſſimū q̄=
drātē ſp̄ n̄ exitur: q: ſp̄ ſol
uet nouiſſimū quadrantē:

dū ſempiternas penas pec-
catoꝝ terrenoꝝ luit. Neqꝫ
hoc ita dixerim: vt diligen
tiorē tractatū videar ad-
miſiſſe de penis peccatorū
quō in ſcripturis dicantur
eterne: q̄q̄ q̄libet mō ſint
vitāde poti⁹ q̄ ſciende.

Capłm.xvij.

ſ Ed videam⁹ iam q̄ ſit
ipe aduerſari⁹ cui iu-
bemur eē beniuoli cito cū
ſum⁹ cū illo in via. Aut enī
diabol⁹ eſt: aut homo: aut
caro: aut de⁹: aut p̄ceptum
ei⁹. Sed diabolo nō video:
quō iubeamur eſſe beniuo
li: id eſt: cōcordes ꝛ cōſen-
tiētes. nanqꝫ aliȷ́ qȯ grece
poſitū eſt interp̄
tati ſunt: cōcordes: aliȷ́ cō
ſentientes. Sed neqꝫ beni
uolentiā diabolo iubemur
exhibere. Ubi enī beniuo-
lētia ibi amicicia. nec q̄ſq̄
dicit amiciciā cuꝫ diabolo
eſſe faciēdā. neqꝫ cōcorda-
re cū illo expedit: cui ſemel
renūciādo bellū indixim⁹.
et quo victo coronabimur.
neqꝫ enī cōſentire illi iam
oportet: cui ſi nō cōſenſiſſe
mus: nunq̄ in iſtas incidiſ
ſem⁹ miſerias. De homine
aūt quāq̄ iubemur cū omi
bus quātū in nobis eſt pa-
cē habere: vbi vtiqꝫ ꝛ beni
uolētia ꝛ cōcordia ꝛ cōſen
ſio pōt intelligi: non video
quo mō accipiā: ab homīe
nos iudici tradi: vbi chri-
ſtū iudicē ītelligo. ij. coꝝ. v
ante cui⁹ tribunal nos ex-
hiberi oportet. ſic dic̄ apł's
Quō ergo iudici traditu-
rus eſt: qui ante iudicē pa-
riter exhibebit̄? Aut ſi pro
pterea q̄ſqꝫ tradit̄ iudici:
qꝛ hoīem leſit: quāuis illo
nō tradēte qui leſus eſt: mł
to cōmodi⁹ accipit̄ a lege
ipa reū tradi iudici: ꝯ quā
fecit: cū hoīem lederet. qꝛ
et ſi occidēdo etiā quis no
cuerit homini: nō erit iam
tp̄s quo cōcordet cū eo: qꝛ
iā nō eſt cū eo in via: id eſt:
in hac vita. Nec tn̄ ideo nō
ſanabit̄ penitēdo vt ad illi
us miſcdiam: cū ſacrificio
cōtribulati cordis refugiē
do nō mereat̄ venire q̄ do-

ſiat peccata cõuerſis ad ſe
et qui plus gaudet de vno
penitẽte ꝙ̄ de nonaginta-
nouẽ iuſtis. Carni vero mł
to min⁹ video: quõ beniuo
li vel cõcordes vel cõſenti
entes eſſe iubeamur. magiſ
enĩ peccatores amant car
nẽ ſuã ⁊ cõſentiũt ei ⁊ con-
cordant cũ illa. Qui ṽo eã
ſubijciũt ſeruituti: non ipſi
ei cõſentiũt: ſed eã ſibi con
ſentire cogũt. Fortaſſis ꝙ̄
deo iubemur cõſentire: ⁊ il
li eſſe beniuoli vt ei recõci-
liemur: a quo peccando re
ceſſim⁹: vt aduerſari⁹ nr̄ di
ci poſſit. Quib⁹ enĩ reſiſtit
recte eoꝝ aduerſari⁹ dicit.
De⁹ enĩ ſupbis reſiſtit: hu
milib⁹ aũt dat grã̄. Ja. x.
Et initiũ oĩs peccati ſup-
bia. Initiũ ſupbie hoĩs a-
poſtotare a deo ẽ. Eccli. x.
Et apl's dicit ad rom̃. v. Si
enĩ cũ inimici eſſem⁹: recõ
ciliati ſum⁹ deo p morte ſi
lij ei⁹: multo magis recon
ciliati: ſalui erimus in vita
ipi⁹. Ex quo intelligi põt:
nullã malã naturã inimicã

eſſe deo: quãdoqꝫ dẽ ipi re-
cõciliant qui ĩimici fuert.
Quiſqꝫ ergo in hac via: id
eſt: in hac vita: nõ fuerit re
conciliat⁹ deo p mortẽ filij
ei⁹: tradet iudici ab illo: qꝛ
pater nõ iudicat queꝙ̄ ſed
om̃e iudiciũ dedit filio. Jo
hã. v. Atqꝫ ita cetera que ĩ
hoc capło ſcripta ſunt: con
ſequunt: de quib⁹ iã tracta
uim⁹. Unũ ſolũ eſt qđ huic
intellectui difficultatẽ fac
quõ poſſit recte dici: in via
nos eſſe cũ deo: ſi hoc loco
ipe accipiẽdus eſt aduerſa
rius impioꝝ: cui iubemur
reconciliari cito. niſi forte
qꝛ ipe vbiqꝫ eſt. nos etiã cũ
in hac via ſum⁹: cũ eo vti-
qꝫ ſum⁹. Si enĩ aſcẽdero in
quit pſ. cxxxviij. in celũ tu
illic es: ſi deſcẽdero ad in-
fernũ ades. Si recipiã pẽ-
nas meas in directũ: ⁊ ha-
bitauero in nouiſſima ma-
ris: etenĩ illuc man⁹ tua de
ducet me: ⁊ continebit me
dextera tua. Aut ſi nõ pla-
cet impios dici eſſe cũ deo:
quãqꝫ nuſqꝫ ñ pſto ſit de⁹:

quemadmodum non dici-
mus: cecos eſſe cum luce:
tametſi oculos eorum lux
circumfundat: vnum reli-
quū eſt: vt hic aduerſariꝫ
preceptū dei intelligam⁹.
Quid enim ſic aduerſatur
peccare volentib⁹ ꝙ̃ prece
ptū dei: id eſt: lex ei⁹ ⁊ ſcri
ptura diuina q̃ data eſt no
bis ad hanc vitā: vt ſit no-
biſcū in via. Cui nō oportꝫ
ꝯtradicere: ne nos tradat
iudici: ſed ei oportet cōſen
tire cito. nō enī quiſq̄ no-
uit qn̄ de hac vita exeat.
Quis aūt cōſentit ſcriptu
re niſi q̃ legit vel audit pie
deferēs ei culmē autorita
tis vt qđ intelligit nō pro
pter hoc oderit qđ pecca-
tis ſuis aduerſari ſentit ſꝫ
magis diligat correptōnē
ſuā ⁊ gaudeat ꝙ̃ morbis ſu
is parcitur donec ſanētur.
qđ vero aut obſcurum aut
abſurdū illi ſonat: nō inde
cōcitet cōtradictionū cer
tamina: ſed oret vt intelli-
gat. beniuolentiā tn̄ ⁊ reue
rentiam tāte auctoritatis
exhibendā eſſe meminerit
Sed quis hoc facit? niſi q̄ſ
quis ad teſtamentū patris
aperiendū ⁊ cognoſcendū
nō litiū minitatiōe acerb⁹
ſed pietate mitis acceſſe-
rit. Beati ergo mites: qm̄
ipſi hereditate poſſidebūt
terram. Videamus ſequē-
tia.

## Caplm. xviij.

a Udiſtis qꝛ dictū ē an-
tiquis: non mechabe-
ris. Ego aūt dico vobis qꝛ
om̄is qui viderit mulierꝫ
ad cōcupiſcēdū eā: iam me
chat⁹ eſt eam in corde ſuo.
Iuſticia ergo minor eſt: nō
mechari corporꝫ cōiunctio
ne. iuſticia vero maior re-
gni dei: nō mechari ī corde
Quiſq̄s autē nō mechaꝛ ī
corde: multo facilius cuſto
dit: ne mecheꝛ in corpore.
Illud ergo cōfirmauit qui
hoc p̄cepit. nō eī veni legē
ſoluere ſed implere. Sane
cōſiderandū eſt ꝙ̃ nō dixit:
om̄is qui cōcupiuerit muli
erē: ſꝫ qui viderit mulierē

ad concupiſcendum:id eſt:
hoc fine ⁊ hoc animo attē
derit vt eam concupiſcat.
quod iam non eſt titillari
delectatione carnis:ſ3 pla
ne conſentire libidini. ita
vt nō refrenetur illicitus
appetitus:ſed ſi facultas
data fuerit ſatietur. Nam
tria ſunt quibus impletur
peccatum:ſuggeſtione:de
lectatione:ꝯſenſione. Sug
geſtione ſiue per memori=
am ſit:ſiue per corporis ſē
ſus:cum aliquid videmus
vel audimus vel olfacimꝰ
vel guſtamꝰ vel tangimus:
quod ſi frui delectauerit:
delectatio illicita refrenā
da eſt. velut cum ieiuna=
mus ⁊ viſis cibis palati ap
petitꝰ ſurgit:nō fit niſi de=
lectatione:ſ3 huic tñ nō cō
ſentimꝰ:ſi eā dominātis ra
tionis iure cohibemus. Si
autem ꝯſenſio facta fuerit
plenū peccatū erit notum
deo in corde noſtro:etiā ſi
facto nō innoteſcat hoībꝰ.
Ita ergo ſunt iſti gradus:
quaſi a ſerpente ſuggeſtio
fiat:id eſt:lubrico ⁊ volubi
li.hoc eſt:tēporali corporū
motu. Quia et ſi qua talia
fantaſmata intꝰ verſentur
in anima de corpore forin=
ſecus tracta ſunt. Et ſi q̄s
occultus p̄ter iſtos quinq3
ſenſus corporis motꝰ ani=
mam tāgit. eſt etiā ip̄e cor
poralis ⁊ lubricus. Et ideo
quāto illabitur occultius
vt cogitationē contingat:
tanto conueniētius ſerpē=
ti comparatur. geneſis. iij.
Tria ergo hec vt dicere ce
peram ſimilia ſūt geſte rei
que in geneſi ſcripta eſt vt
quaſi a ſerpente fiat ſugge
ſtio ⁊ quedam ſuaſio. in ap
petitu autez carnali tanq̄
in eua delectatio. in ratiōe
vero tanq̄ in viro conſen=
ſio. Quibus peractis:tan=
q̄ de paradiſo. hoc eſt:de
beatiſſima luce iuſticie in
mortem expellitur homo:
iuſtiſſime om̄ino. Non enī
cogit qui ſuadet:et omnes
nature in ordine ſuo gradi
bus ſuis pulchre ſunt. ſed
de ſuperioribus in quibus

rationalis anim⁹ ordinat⁹
eſt: ad inferiora non eſt de
clinandũ: nec quiſꝗ hoc fa
cere cogit. ⁊ ideo ſi fecerit
iuſta dei lege punit. Nõ eī
hoc cõmittit inuit⁹. Uerũ-
tamẽ delectatio ante ꝯſen
ſionẽ: vel nulla eſt vel tã te
nuis: vt prope nulla ſit: cui
cõſentire magnũ peccatũ
eſt: cũ eſt illicita. Cũ autẽ
quiſqꝫ cõſenſerit: cõmittit
peccatũ ī corde. Si aũt eti
am in factũ ꝓceſſerit: vide
tur ſatiari ⁊ extingui cupi
ditas. Sz poſtea cũ ſugge-
ſtio repetit: maior accẽdit
delectatio: q̃ tñ adhuc mul
to minor eſt ꝗ̃ illa q̃ aſſidu
is factis ī cõſuetudinẽ ver
tit. hãc enī vincere difficil
limũ eſt. Et tñ etiã ipaz cõ
ſuetudinẽ: ſi ſe quiſqꝫ nõ de
ſerat: ⁊ chriſtianã militiaz
nõ reformidet illo deo du-
ce atqꝫ adiutore ſuperabit
ac ſic in priſtinã pacẽ atqꝫ
ordinẽ ⁊ vir chriſto ⁊ muli
er viro ſubijcit. Sicut ergo
trib⁹ gradib⁹ ad pctm̃ ꝑ-
uenit: ſuggeſtione: delecta
tione: cõſenſiõe. ita ipſi⁹ pec
cati tres ſunt differẽtie: in
corde: in facto: in cõſuetu-
dine: tanꝗ̃ tres mortes.
Una quaſi in domo: id ẽ: cũ
in corde cõſentit libidini.
Altera iam ꝓlata quaſi ex
tra portã: cũ in factũ ꝓce-
dit aſſenſio. Tercia eſt cuz
vi cõſuetudinis male: tãꝗ̃
mole terrena: ꝑmit anim⁹
quaſi ī ſepulchro iã putẽs.
Que tria genera mortuo-
rũ: dñm reſuſcitaſſe quiſqꝫ
euãgelium legit agnoſcit.
Et fortaſſe cõſiderat quas
differẽtias habeat etiã ipa
vox reſuſcitãtis. Cũ alibi
dicit. Mat. ix. puella ſurge
Alibi Luc. vij. iuuenis ti-
bi dico ſurge. ⁊ lu. vij. Ali-
bi infremuit ſpũ ⁊ fleuit et
rurſus fremuit. ⁊ poſt dein
de voce magna clamauit.
lazare veni foras. Joh. xi.
Quapropter nomīe mech
antiũ qui hoc capl'o cõme-
morant: oẽm carnalẽ ⁊ libi
dinoſam ꝯcupiſcẽtiã opor
tet intelligi. Cũ enī tã aſſi
due idolatriã ſcriptura for

nicationē dicat. paul⁹ apłs
ī͞t col. 3. auariciā idolatrie
noīe appellat. q̄s dubitat
oēm malā concupiſcētiam
recte fornicationem voca-
ri: qn̄ aīa neglecta ſupe-
riori lege qua regit: īferio
rū naturaꝝ turpi volupta-
te quaſi mercede ꝓſtituta
corrūpit. Et iō quiſq̄s car
nalē delectationez adūſus
rectā volūtatē ſuā rebella
re ſentit ꝑ ꝯſuetudinē pec
catoꝝ: cui⁹ indomita violē
tia trahit in captiuitatem:
recolat quātū poteſt: qua-
lē pacē peccādo amiſerit ⁊
exclamet ad rom. vij. Infe
lix ego homo quis me libe
rabit de corꝑe mortis hu-
ius? Gratia dei ꝑ ieſū chri
ſtū. Ita enī cū ſe infelicem
exclamat lugēdo: īplorat
cōſolatoris auxilium. Nec
paru⁹ eſt ad beatitudinem
acceſſus: cognitio infelici-
tatis ſue. Et ideo etiā bea
ti lugētes qm̄ ipi cōſolabū
tur. Deinde ſeq̄t ⁊ dicit.

¶ Capl̄m. xix.

f Si aūt oculus tu⁹ dext
ſcandaliſat te: erue eū
et ꝓiīce abs te. Expedit ei
tibi vt pereat vnū mēbroꝝ
tuoꝝ. Hic vero magna op⁹
eſt fortitudine ad mēbra ꝓ
cidēda. Quicq̄d enī eſt: qꝺ
ſignificat ocul⁹: ſine dubio
tale eſt qꝺ vehemēter dili-
git. Solet enī ⁊ ab his qui
vehemēter volūt exꝑmere
dilectionē ſuā: ita dici: dili
go eū vt oculos meos: aut
etiā plus q̄ oculos meos.
Qꝺ aūt additū eſt dexter:
fortaſſe ad augēdā dilectō
nis vim valet. Quāq̄ eniz
ad videndum: iſti oculi cor
poris cōmuniter ītēdant.
et ſi ambo intēdant: equali
ter poſſint. ampli⁹ tn̄ homi
nes formidāt amittere dex
trꝝ. vt iſte ſit ſenſus. Quic
quid illud ē qꝺ ita diligis
vt ꝓ dextro oculo habeas:
ſi ſcādaliſat te: id eſt: ſi im-
pedimēto tibi eſt ad veraz
beatitudinē: erue illud ⁊ ꝓ
iīce abs te. Expedit ei tibi
vt pereat vnū hoꝝ q̄ ita di
ligis vt tāq̄ mēbra tibi he

reant q̃ totū corpus tuuz
eat in gehennā. Sed quo=
niā ſequit̃ de manu dexte=
ra: ⁊ ſimiliter dicit̃: ſi dexte
ra manus tua ſcādaliſat te
abſcinde eā et proijce abs
te. Expedit enī tibi vt pe=
reat vnū membroꝝ tuorū:
q̃ totū corpus tuum eat ī
gehennā. Cogis querere
diligenti⁹ quid dixerit ocu
lum. In qua qneſtione ni=
hil mihi occurrit cōgruen
tius q̃ dilectiſſimū amicū.
Nam hoc ē vtiq3 qđ recte
poſſum⁹ membrū appella=
re: qđ vehemēter diligim⁹
Et hunc conſiliariū: q2 ocu
lus eſt tanq̃ demonſtrans
iter: ⁊ in reb⁹ diuinis quia
dexter eſt vt ſiniſter ſit dile
ctus quidē conſiliari⁹. ſed
in rebus terrenis ad neceſ
ſitatē corporis pertinenti
bus: de quo ſcādaliſante ſu
perfluum erat dicere: q̄nq̄=
dem nec dextero parcēdū
ſit. In rebus autē diuinis:
conſiliari⁹ eſt ſcandaliſans
ſi in aliquā pernicōſam he
reſim nomine religiōis at

q3 doctrine conatur indu=
cere. Ergo ⁊ dextra man⁹
accipiat̃ dilectus adiutor
⁊ miniſter in diuinis operi
bus. Nam queadmoduz in
oculo contēplatio ſic in ma
nu operatio recte intelligi
tur: vt ſiniſtra manus intel
ligat̃ in operib⁹ que huic
vite ⁊ corpori ſunt neceſſa
ria.

## Capl'm. xx.

D Ictum eſt autē. Qui=
cunq3 dimiſerit vxorē
ſuā: det illi libellū repudij.
Hec iuſticia minor eſt pha
riſeoꝝ: cui nō eſt contrariū
quod domin⁹ dicit. Ego au
tem dico vobis. Quicunq3
dimiſerit vxorē ſuā: exce=
pta cauſa fornicationis: fa
cit eā mechari. et qui ſolu=
tā a viro duxerit mechat̃.
Non enī qui precepit dari
libellū repudij: hoc p̄cepit
vt vxor dimittatur. ſed qui
dimiſerit inq̄t det ei libel=
lum repudij: vt iracundiaz
temerariā proijciētis vxo
rem libelli cogitatio tēpe=

raret. Qui ergo dimitten
di mora͂ queſiuit: ſignifica-
uit quantum potuit duris
hominibus ſe nolle diſſidiū.
Et ideo ip̄e dn̄s alio loco de
hoc interrogatus: ita reſpō-
dit. hoc moyſes ꝓpter du-
riciā veſtrā fecit. Quantū
uis enī durus eſſet q̄ vellet
dimittere vxorē cum cogi
taret libello repudij dato:
iam ſine periculo eaȝ poſſe
alteri nubere: facile placa
retur. Dn̄s ergo ad illos cō
firmandū vt nō facile vxor
dimittat. ſolā cauſaȝ forni
catiōis excepit. ceteras ve
ro vniuerſas moleſtias ſi q̄
forte extiterint: iubet ꝓ fi
de cōiugali ⁊ pro caſtitate
fortiter ſuſtineri. Et mech
um dicit etiā vir q̄ eā duxe
rit q̄ ſoluta eſt a viro. Cuius
rei apl's paulus terminū oſtē
dit ad ro. ij. qd tā diu obſer
uādū dicit q̄ diu vir eius vi-
uit. illo aūt mortuo dat nu
bendi licētiā. Hanc enī eti
am ip̄e regulā tenuit: et in
ea nō ſuū cōſiliū: ſicut in nō
nullis monitis: ſȝ p̄ceptuȝ

dn̄i iubentis oſtēdit cū ait
p̄ma cor. vij. Eis aūt q̄ nu-
pte ſūt: p̄cipio nō ego ſȝ dn̄s
mulierē a viro nō diſcedē.
Qd ſi diſceſſerit: manere ī
nuptā: aut viro ſuo recōci-
liari. Et vir vxorē nō dimit
tat. Credo ſimili forma vt
ſi dimiſerit: nō ducat aliaȝ:
aut recōcilietur vxori. Fieri
aūt pōt vt dimittat vxoreȝ
cauſa fornicationis: quam
dn̄s exceptā eſſe voluit. Iā
vero ſi nec illi nubere cōce
ditur: viuo viro a quo receſ
ſit: neq̄ huic alterā ducere
viua vxore quam dimiſit.
multo minus fas eſt illici-
ta eum cum quibuſlibȝ ſtu
pra committere. Beatiora
ſane cōiugia iudicāda ſūt:
que ſine filijs procreatis:
ſiue etiam iſta terrena pro
le contempta continenti-
am inter ſe pari conſenſu
ſeruari potuerint. Quia
neq̄ contra illud prece-
ptum fit: quo dominus di-
mitti coniugem vetat. non
enim dimittit. qui cū ea nō
carnaliter ſȝ ſp̄ualiter viuit

BIBLIOTECA PROVINCIAL

Et illud ſeruat q̄d p apłm dicit.i.cor.vij. Reliquū ē: vt qui habēt vxores quaſi nō habētes ſint. Illud magis ſolet ſollicitare animū paruulor: qui tñ ſm̄ precepta chriſti iā viuere geſtiunt. q̄d alio loco ip̄e dn̄s dicit. Quiſq̄s venit ad me et nō odit patrem ſuū et matrē ꝛ vxorē ꝛ filios ꝛ fr̄es ꝛ ſorores: inſup ꝛ aīam ſuā: nō pōt meꝰ eſſe diſcipulus. Uideri enī pōt cōtrariū minus intelligētibꝰ ꝙ hic vetat dimitti vxorē excepta cauſa fornicatiōis: alibi aūt lu.ix. diſcipłz ſuū negat eē poſſe quēq̄: q̄ nō oderit vxorē. q̄d ſi ꝓpter cōcubitum diceret: nō etiā patrē ꝛ matrē ꝛ fratres ꝛ ſorores i eadem cōditiōe poneret. Sꝫ qm̄ verū eſt ꝙ regnū celor vim patit: luc.xi. ꝛ qui vim faciūt diripiūt illud. Quāta enī vi opꝰ eſt: vt hō diligat inimicos: et oderit patrē ꝛ matrē ꝛ vxorē ꝛ filios ꝛ fratres? Utrūq̄ enim iubet: q̄ ad regnū celor vocat. Et quō hec nō ſint contraria iter ſe ip̄o duce oſtēdere facile eſt: ſed ea intellecta iplere difficile ē: q̄q̄ et hoc eodem ip̄o adiuuante facillimū. Regnū enī eternū: quo diſcipulos ſuos q̄s etiā fratres appellat vocare dignatꝰ eſt: non hꝫ hmōi neceſſitudines tpales. Nō enī eſt iudeꝰ: ad col.iij. neq̄ grecꝰ: neq̄ maſculus: neq̄ femina: neq̄ ſeruꝰ: neq̄ liber. ſed oīa et in oībꝰ chriſtus. Et ip̄e dn̄s dicit lu.ij. et matt.xij. In reſurrectione enī neq̄ nubent neq̄ nubent: ſed erūt ſicut angeli in celis. Oportet ḡ vt quiſq̄s illiꝰ regni vitā iā hic meditari voluerit: oderit. non ip̄os hoīes ſꝫ ip̄as neceſſitudines tpales: quibꝰ iſta q̄ trāſitura eſt: vita fulcit. q̄ naſcendo ꝛ moriendo ꝑagit. Quā q̄ nō odit: nōdū amat illā vitam vbi nulla erit cōditio naſcendi atq̄ moriendi que copulat terrena coniugia. Itaq̄ ſi aliquē bene chriſtianū qui tñ

habet vxorē: q̄uis adhuc
cū ea filios generet: inter=
rogē: vtrū in illo regno ha
bere velit vxorem: memor
vtiqꝫ ꝓmiſſoꝝ dei ⁊ vite il=
li⁹: vbi corruptibile hoc in
duet īcorruptionē.i.coꝝ.v.
et mortale hoc induet im=
mortalitatē. iā magno vel
certe aliquo amore ſuſpen
ſus cū execratione reſpon=
debit ſe vehemēter id nol=
le. Rurſus ſi interrogē vtꝝ
vxorē ſuā poſt reſurrectio
nē: accepta angelica īmor=
talitate que ſanctis ꝓmit=
titur: ſecū ibi viuere velit:
tā vehemēter ſe id velle: q̄
illud nolle reſpōdebit. Sic
inuenit bon⁹ chriſtian⁹ di
ligere in vna femina crea=
turā dei quā reformari et
renouari deſiderat: odiſſe
aūt cōiūctionē copulatio=
nēqꝫ corruptibilē atqꝫ mor
talē: hoc eſt diligere ī ea q̄
homo ē: et odiſſe q̄ vxor ē.
Ita etiā diligit inimicū nō
inq̄ntū inimic⁹ eſt ſed inq̄n
tū homo eſt: vt hoc velit ei
prouenire qđ ſibi: id eſt: vt
ad regnum celorū corre=
ptus renouatuſqꝫ perue=
niat. Hoc et de patre et de
matre ⁊ ceteris vīculis ſā
guinis intelligendū eſt: vt
in eis oderim⁹: qđ gen⁹ hu
manū naſcēdo ⁊ moriendo
ſortitū eſt. diligam⁹ aūt qđ
nobiſcuꝫ pōt ad illa regna
ꝑduci: vbi nemo dicit pať
meus: ſed oēs vni deo pať
noſter. nec mater mea: ſed
oēs illi hieruſalē: mř nr̄a.
nec frater me⁹: ſꝫ om̄es de
om̄ib⁹ frater noſter. Cōiu=
giū vero cū illo ſimul nob̄ ī
vnū redactis quaſi vni⁹ cō
iugis erit: qui nos de ꝓſti=
tutione hui⁹ ſeculi: ſui ſan=
guinis effuſione liberauit.
Neceſſe eſt ergo vt oderit
ea q̄ trāſeūt diſcipľs chri=
ſti: in his quos ſecuꝫ ad ea
venire deſiderat que ſemꝑ
manebunt: ⁊ tanto magis
hec in eis oderit q̄nto ma=
gis eos diligit. Poteſt er
go chriſtian⁹ cū cōiuge cō
corditer viuere: ſiue īdigē
tiā carnalē cū ea ſupplens:
qđ ſꝫm veniā nō ſꝫm īperiū

dicit apl's.i.cor.vij. ſiue fi-
lior ppagationē qd iā nō-
nullo gradu pōt eſſe lauda
bile ſiue fraternā ſocieta-
tē ſine vlla corpor cōmixti
one habēs vxorē tanq non
habēs. qd ē in ꝯiugio chri
ſtianor excellētiſſimū atqꝫ
ſublime: vt tñ oderit in ea
nomē tpalis neceſſitatis: ⁊
diligat ſpem ſempitne bea
titudinis. Odim⁹ enī ſine
dubio: qd certe vt aliqñ nō
ſit optamus. ſicut iſtā pſen
tis ſeculi vitā quā tpalem
ſi nō odiſſem⁹ nō deſidera-
rem⁹ futurā que nō eſt tpi
obnoxia. Pro hac enī vita
poſita eſt aīa. de qua ibi di-
ctū ē Lu xiiij. qui nō oderit
inſup ⁊ aīam ſuā: nō poteſt
me⁹ eſſe diſcipul⁹. Huic nāqꝫ
vite neceſſari⁹ eſt cibus
iſte corruptibilis. de q ipſe
dñs dicit Mat. vi. nōne a-
nima pl⁹ eſt q eſca? id eſt:
hec vita cui neceſſaria eſt
eſca. Et q dicit Job. xv. vt
aīam ſuā ponat p oīb⁹ ſu
is. hāc vtiqꝫ vitā dicit cum
ſe pro nobis moriturum eſ
ſe pronūciat. Cap. xxi.

e Xorit hic altera qſtio
cū dns cauſa fornica-
tionis pmittat dimitti vxo
rē. quaten⁹ hoc loco intel-
ligēda ſit fornicatio. vtrū
quouſqꝫ intelligūt omnes:
id eſt: vt eam fornicationē
credam⁹ dictā q in ſtupris
cōmittit. an queadmodum
ſcripture ſolēt fornicatiōꝫ
vocare: ſicut ſupra dictū ē.
oēm illicitā corruptionē: ſi
cut ē idolatria vl auaricia.
⁊ ex eo iā oīs trāſgreſſio le
gis propter illicitam con-
cupiſcentiā. Sꝫ cōſulam⁹
apl'm. i. cor. vij. ne aliqd te
mere dicam⁹: his q ſūt i cō
iugio inqt pcipio: ñ ego ſꝫ
dñs: vxorē a viro ñ diſcedē
q ſi diſceſſerit manere īnu
ptā: aut viro ſuo recōciliari
Pōt eī fieri vt diſcedat ea
cā qua dñs pmittit. Aut ſi
femine licet vir dimittere
etiā preter cauſam fornica
tionis ⁊ non licꝫ viro. quid
reſpōdebim⁹ de hoc qd di
cit poſteri⁹? et vir vxorem
nō dimittat. Quare nō ad

didit excepta cauſa forni-
catõnis:q̃ď dñs ꝑmittit ni
ſi q̃ ſimilẽ formã vult intel
ligi:vt ſi dimiſerit q̃ď cau-
ſa fornicatõis ꝑmittit̃:ma
neat ſine vxore: aut recõci
liet̃ vxori. Nõ enĩ male re-
conciliaret̃ vir illi mulieri:
quã cũ nemo lapidare au-
ſus eſſet: dixit ei dñs. Ua-
de vide deinceps ne pec-
ces.q̃ et qui dicit: nõ licet
dimittere vxorẽ niſi cauſa
fornicatõis. cogit retine-
re vxorẽ ſi cauſa fornicatio
nis nõ fuerit.Si aũt fuerit
nõ cogit dimittere:ſed per
mittit.ſicut dicit̃. Nõ lice-
at mulieri nubere alteri:ni
ſi mortuo viro.Si ante vi-
ri mortẽ nupſerit:rea eſt.ſi
poſt viri mortẽ non nupſe-
rit:nõ eſt rea. nõ enĩ iuſſa ẽ
nubere ſ3 permiſſa. Sic er
go par forma eſt. In iſto iu
re ꝯiugij inter vir̃ ⁊ mulie
rẽ vſq₃ adeo vt nõ tñ de fe
mina idẽ apl's dixerit muli
er nõ habet poteſtatem ſui
corporis ſed vir: ſed etiam
de illo nõ tacuerit dicens.
ſimiliter ⁊ vir ſui corporis
poteſtatẽ nõ habet ſ3 muli
er.Si ergo ſimilis forma ẽ
oportet intelligi nõ licere
mulieri vir̃ dimittere niſi
cã fornicatõis:ſicut ⁊ viro.

Capl'm.xxij.

c Onſiderãdũ eſt itaq₃
quatenꝰ fornicationẽ
intelligere debeamꝰ.⁊ con
ſulẽdus vt ceperamꝰ apl's
Sequit̃ enĩ ⁊ dicit. Ceter̃
aũt ego dico:nõ dñs. hic ꝑ
mo vidẽdũ eſt:quibus cete
ris. dicebat ei ſupiꝰ ex dñi
ꝑſona his q̃ ſunt in ꝯiugio
nũc xo ex ſua perſona cete
ris dicit:ergo fortaſſe his
q̃ nõ ſunt in ꝯiugio. S3 nõ
hoc ſequit̃. Ita enĩ ſequit̃
ꝑmo cor̃.vij.Si q̃s fr̃ hab3
vxorẽ infidelẽ: ⁊ hec ꝯſen-
tit habitare cũ illo: non di
mittat illã. Ergo etiã nũc
dicit his q̃ ſunt in ꝯiugio.
Quid ſibi hoc ergo vult q̃
ait ceteris: niſi quia eis
ſuperius loquebatur: qui
ſic copulati erãt:vt parit̃ ĩ
fide chriſti eſſent. Ceteris
xo nũc dicit:id eſt:eis q̃ ſic

copulati ſunt: vt non ambo fideles ſint. Sed q̃d eis di-cit? Si q̃s frater habet infi delē vxorē: ⁊ hec ꝯſētit ha bitare cū illo: non dimittat illā Et ſi qua mulier habet virū infidelē et hic cōſētit habitare cū illa non dimit-tat virū. Si ergo nō preci-pit ex dñi pſona: ſ; ex ſua p ſona monet: ita eſt hoc bo-nū: vt ſi quis aliter fecerit: nō ſit p̃cepti trāſgreſſor. ſi cut de virginib⁹ paulo poſt dicit: p̃ceptū dñi ſe non ha bere: cōſiliū autē dare. atq; ita laudat v̾ginitatē vt ar ripiat eā qui voluerit: non tñ vt ſi nō fecerit ꝯtra p̃ce ptū feciſſe iudicet̃. Aliud ē enī qđ iubet̃: aliud qđ mo-net̃: aliud qđ ignoſcit̃. Iu-bet̃ mulier a viro nō diſce-dere: q̄ ſi receſſerit mane-re innuptā: aut viro recōci liari. Aliter ergo nō lic; fa cere. Monet̃ aūt vir fidel̃: ſi habet vxorē infidelē con ſentiētē ſecū habitare non eā dimittere. lic; ergo ⁊ di mittere: q2 nō eſt p̃ceptum dñi: ne dimittat ſ; conſiliū apl̃i. ſicut monet̃ v̾go non nubere. ſed ſi nupſerit: ꝯſili um quidē nō tenebit: ſ; cō tra p̃ceptū nō faciet. Igno ſcit̃ tñ cū dicit̃. hoc autē di co ſm veniā nō ſm imperi um. Quapropter ſc; vt di mittat̃ cōiunx infidelis: q̄-uis meli⁹ ſit nō dimittere: et tñ nō lic; ſm p̃ceptū do mini: vt dimittat̃ ꝯiunx: ni ſi cauſa fornicatiōis. forni catō eſt etiā ipa īfidelitas: Quid ei tu dicis apl̃e? cer te vt vir fidelis: ꝯſentiētē ſecū habitare mulierē infi delē nō dimittat. Ita inq̄t. Cū ergo hoc ⁊ dñs p̃cipiat ne dimittat vir vxore; niſi cauſa fornicationis. Qua-re hic dicis. ego dico nō do min⁹? Quia ſc; idolatria quā ſequunt̃ infideles: et q̄ libet noxia ſupſtitio: forni-catio eſt. Dñs autē pmiſit cauſa fornicatiōis vxorem dimitti: ſ; q2 q̄ pmiſit non iuſſit: dedit locum apl̃o mo nēdi: vt qui voluerit nō di-mittat vxorē infidelē: quo

ſic fortaſſe poſſz fidelis fie ri. Sanctificat⁹ eſt enī in- quit vir fidelis in vxore fi- deli. ⁊ ſanctificata eſt muli er infidelis in fratre fideli. Credo iã ꝯuenerat vt nō- nulle femine ꝑ viros fide- les et viri ꝑ vxores fideles in fidē venirēt. Et q̄uis nō dicēs nomīa: exēplis tamē hortat⁹ eſt ad ꝯfirmãdū cō ſiliū ſuū. Deinde ſequitur. Alioqn filij veſtri immūdi eſſent: nūc aūt ſancti ſunt. Jam enī erãt paruuli chri ſtiani qui ſiue auctore vno ex parētib⁹ ſiue vtroq₃ con ſentiente ſanctificati erãt. Qđ nō fieret ſi vno credē- te diſſociaret̃ ꝯiugiū: et nō toleraret̃ infidelitas cōiu- gis vſq₃ ad oportunitatem credēdi. Hoc eſt ergo ꝯſili um eius cui credo dictum eſſe. Si quid ſuperogauer̃ rediēs reddã tibi.

¶ Capl̃m. xxiiij.

p Orro ſi īfidelitas for nicatio eſt: ⁊ idolatria infidelitas: ⁊ auaricia ido- latria: nō eſt dubitãdum et auariciã fornicationē eſſe. Quis ergo iã quãlibet illi citã cōcupiſcētiã pōt recte a fornicatiōis genere ſepa re: ſi auaricia fornicatio ē. Ex quo ītelligit̃ φ ꝓpt̃ illi citas cōcupiſcētias nō tm̄ q̄ ī ſtupris cū alienis viris aut feminis cōmittunt̃: ſ₃ om̄ino quaſlibet. q̄ animaz corpore male vtētē a lege dei oberrare faciūt: ⁊ ꝑni- cioſe turpiterq₃ corrumpi: poſſit ſine crimīe ⁊ vir vxo rē dimittere ⁊ vxor vir̄: q2 exceptã facit dn̄s cãm for- nicationis: quã fornicatio nē ſicut ſupius memoratū eſt: generalē ⁊ vniuerſalez intelligere cogimur. Cum aūt ait excepta cauſa forni cationis: nō dixit cui⁹ ipoꝝ viri an femine. Nō enī tm̄ fornicantē vxorē dimitte- re cōcedit̃: ſ₃ quiſq̄s eã q̄ ꝙ vxorem dimittit: a quã ipē cogit̃ fornicari cauſa forni cationis vtiq₃ dimittit. Ve lut ſi aliquē cogat vxor ſa- crificare idolis: qui talē di mittit: cauſa fornicationis

dimittit: nõ tm̃ illi⁹ ſed et ſue. illi⁹: q2 fornicat̃. ſue: ne fornicet̃. Nihil aũt iniqui⁹ ꝙ̃ fornicatõis cauſa dimittere vxorẽ: ſi ⁊ ipe cõuincit̃ fornicari. Occurrit enĩ illud ad ro. ij. In quo enĩ alteꝝ iudicas: teipm condẽnas. Eadẽ enĩ agis que iudicas. Quapropt̃ quiſq̃s fornicatõis cauſa vult abijcere vxorẽ: prior debet eſſe a fornicatione purgatus. Qđ ſimiliter etiã de femina dixerim. Qđ autẽ dixit quiſq̃s ſolutã a viro duxerit mechat̃. Queri põt vtꝝ quõ mechat̃ ille qui ducit ſic et illa quã ducit. Iubet̃ enĩ ⁊ illa manere innupta: aut viro recõciliari. Sed ſi diſceſſerit inq̃t a viro: multũ intereſt vtruz dimittat an dimittat̃. Si enĩ ipa virũ dimiſerit ⁊ alteri nupſerit: videt̃ cupiditate mutãdi cõiugij virũ priorẽ reliquiſſe. que ſine dubio adulterina cogitatio eſt. Si autẽ dimittat̃ a viro cũ quo eſſe cupiebat. mechat̃ quidem qui eã duxerit: ſm dñi ſentẽtiã. ſed vtrũ ⁊ ipa tali crimine teneat̃ incertũ eſt. Quãuis multo min⁹ inueniri poſſit: quõ cũ vir ⁊ mulier pari cõſenſu ſibi miſceant̃. vn⁹ eoꝝ mechus ſit et nõ ſit alter. huc accedit. q2 ſi mechat̃ ille ducẽdo eam que ſoluta ẽ a viro ꝙ̃ ꝙ̃ nõ dimiſerit ſed dimiſſa ſit: ipſa eũ facit mechari: qđ nihilomin⁹ dñs vetat. Ex q̃ colligit̃ ſiue dimiſſa fuerit ſiue dimiſerit oportere illã manere innuptã: aut viro reconciliari. Ca. xxiiij.

r Urſus querit̃: vtrum ſi vxoris ꝑmiſſu ſiue ſterilis ſit: ſiue que cõcubitũ pati nõ vult: adhibuerit ſibi alterã vir nõ alienã: neꝙ a viro ſeiunctã poſſit eſſe ſine crimine fornicatõis. Et in hyſtoria q̃dẽ veteris teſtamẽti inuenit̃ exẽpluz. ſz nũc p̃cepta maiora ſunt in q̃ ꝑ illũ gradũ generatõ hũana ꝑuenit. Tractanda ſũt illa ad diſtiguẽdas etates diſpẽſatõnis diuīe, ꝑui

dētie q̄ hūano generi ordi
natiſſime ſubuenit: nō aūt
ad viuēdi regulas vſurpā
das. Sȝ tñ vtr̄ qđ ait apl's
mulier nō habet corpis ſui
ptātē ſȝ vir. ſilr̄ ⁊ vir nō hȝ
ſui corpis ptātē ſȝ mulier.
poſſit interim valere: vt p
mittēte vxore: q̄ maritalis
corpis hȝ ptātē: poſſit etiā
vir cū altera q̄ nec aliena
vxor ſit: nec a viro diſiūcta
ꝯcūbere. Sȝ nō eſt ſic exiſti
mandū: ne hoc etiā femina
viro pmittēte facere poſſe
videaẗ: qđ oīm ſenſū exclu
dit. ꝙ ꝙ̄ nōnulle cauſe poſ-
ſint exiſtere vbi ⁊ vxor ꝯſē
ſu mariti pro ipſo marito
hoc facere debere videaẗ.
ſicut anthiochie factū eſſe
phibeẗ ante q̄nq̄ginta fer-
me annos Cōſtātij tpibus
Nā acyndin⁹ tūc pfect⁹ q̄
etiā cōſul fuit. cū quēdā li-
bre auri debitorē fiſci exi-
geret: neſcio vnde cōmot⁹
ꝙ plerūq; in iſtis poteſtati
bus pniciosum ē. qb⁹ qđli-
bet licet vl' potius putaẗ li
cere: cōminat⁹ eſt: iurās et
vehemēter confirmās ꝙ ſi
certo die quem ꝯſtituerat
memoratū aur̄ nō exolue-
ret: occidereẗ. Itaq; cū ille
tenereẗ immani cuſtodia:
nec ſe poſſet debito illo ex
pedire: dies metuēd⁹ īmi-
nere atq; ꝓperare cepit. et
forte habebat vxorē pulch
errimā: ſȝ nulli⁹ pecunie q̄
ſoueiret viro. Cui⁹ mulier̄
pulchritudīe cū q̄dā diues
eēt accēſus ⁊ cognuiſſet ma
ritū ei⁹ ī illo diſcrimīe ꝯſti
tutū miſit ad eā pollicēs ꝓ
vna nocte ſi ei miſceri velit
ſe auri librā datur̄. Cū illa
cū ſciret nō ſe hr̄e ſui cor-
poris ptātē: ſȝ vir̄ ſuū: ptu
lit ad eū dicēs paratā ſe eē
ꝓ marito id facē: ſi tñ ipſe
ꝯiugalis corporis dn̄s cui
tota illa caſtitas deberetur
tāq; d re ſua ꝓ vita ſua vel
let id fieri. Egit ille gr̄as ⁊
vt fieret īperauit: nll'o mō
indicās adulterinū eē ꝯcu
bitū. qđ ⁊ libido nll'a: ⁊ ma
gna mariti charitas ſe vo-
lente et iubente flagita-
ret. Venit mulier in villam

illi⁹ diuitis: fecit qđ voluit impudic⁹. ſed illa corp⁹ nō niſi marito dedit: nō cōcūbere vt ſolet: ſed viuere cupienti. accepit aur͞. ſed ille q̄ dedit fraude ſubtraxit qđ dederat: ⁊ ſuppoſuit ſimile ligamentū cū terra. qđ vbi mulier iā domi ſue poſita īuenit: pſiliuit in publicum eadē mariti charitate clamatura q̄ fecerat. ꝙ facere coacta eſt. Interpellat pfectū: fateť oīa: quā fraudē paſſa eſſet oſtendit. Tū vo pfect⁹ primo ſe reuz ꝙ ſuis minis ad id ventū eſſet: pnūciat tanꝙ in aliaz ſentētiā dicēs. de acyndini bonis auri librā fiſco inferendā. illā vo mulierē dominā in eā terrā vnde pro auro terrā accepit induci. Nihil hic in aliquā partez diſputo: liceat cuiq̄ exiſtimare qđ velit. nō eni de diuinis autorib⁹ deprompta hyſtoria eſt. Sed tū narrato facto: nō ita reſpuit hoc ſenſus human⁹. qđ in illaz mulierē: viro iubēte: cōmiſſum eſt: queadmodū antea cū ſine vllo exēplo res ipſa poneret horruim⁹. Sed in hoc euangelij capitło nihil forti⁹ pſiderandū eſt: ꝙ tātū malū eſſe fornicationis: vt cū tāto vinculo ſibi cōiugia pſtringant. hec vna cā ſolutiōis excepta ſit. Que ſit aūt fornicatio. iam tractatum eſt.

Capłm. xxv.

i Terū inquit. Audiſtis q͛ dictū eſt antiquis: nō piurabis: reddes autez dño iuramēta tua. Ego autē dico vobis. nō iurare oīno. neq̄ p celū: q͛ thronus dei eſt. neq̄ p terrā: q͛ ſcabellū eſt pedū ei⁹. neq̄ per hieroſolimā: q͛ ciuitas magni regis eſt. neq̄ p caput tuū iuraueris: q͛ nō potes facere capillū vnū album ⁊ nigrū. Sit autē ſermo vr̄. eſt: eſt. nō: nō. qđ aūt amplius eſt: a malo eſt. Iuſticia phariſeoꝝ eſt nō peierare. Hāc cōfirmat iurare q̄ vetat iurare: qđ ptinet ad iuſticiā regni celoꝝ. Sicut ei

falſum loqui nõ põt qui nõ
loquit̃:ſic piurare nõ põt q̃
nõ iurat. Sed tñ qm̃ iurat:
qui adhibet teſtẽ deũ: dili-
gẽter ↄſiderãdũ eſt hoc ca
pitulũ: ne ↄtra p̃ceptũ dñi
apl̃s feciſſe videat̃. q̃ ſepe
hoc modo iurauit cũ dicit
ad gal̃. i. que aũt ſcribo vo
bis: ecce coram deo: qꝛ nõ
mẽtior. Et iter̃. ij. corint. i.
De⁹ pater dñi nr̃i ieſu chri
ſti qui eſt benedict⁹ in ſecu
la: ſcit qꝛ nõ mẽtior. Tale ẽ
etiã illud ad ro. i. Teſtis mi
hi eſt de⁹ cui ſeruio in ſpiri
tu meo in euãgelio filij ei⁹:
quõ ſine intermiſſione me-
moriã veſtri facio ſemp̱ in
oratiõib⁹ meis. Niſi forte
quis dicat tũc habendũ ẽẽ
iurationẽ cũ p̱ aliquid dici
tur p̱ qḋ iurat̃: vt non iura
uerit qꝛ nõ dixit p̱ deũ: ſed
dixit. teſtis eſt mihi deus.
Ridiculum eſt hoc putare.
Tamẽ ꝓpter calũnioſos:
aut multũ tardos: ne aliq̃d
intereſſe quis putet. ſciat
etiã hoc mõ iuraſſe apl̃m
dicentẽ. i. cor̃. xv. quotidie

morior p̱ veſtrã gloriã fra-
tres. Qḋ ne q̃s exiſtimet
ita dictũ tanq̃ ſi diceretur
veſtra gloria me facit quo
tidie mori. Sicut dicit̃ per
illi⁹ magiſteriũ doctus fa-
ctus eſt: id eſt: illi⁹ magiſte
rio factũ eſt vt p̱fecte doce
ret̃. Greca exẽplaria indi-
cãt grecũ. quib⁹ ſcriptũ ẽ.

qḋ nõ niſi a iurãte dicitur.
Ita ergo intelligit̃ p̃cepiſ
ſe dñm ne iuret̃. ne quiſq̃m
ſicut bonũ: appetat iuſiurã
dũ: ⁊ aſſiduitate iurãdi ad
piurij ↄſuetudinẽ dilabat̃.
Quapropter qui ĩtelligit
nõ in bonis ſed in neceſſa-
rijs iurationẽ habendã: re
frenet ſe quãtũ põt: vt non
ea vtat̃ niſi neceſſitate. cũ
videt pigros eſſe hoĩes ad
credẽdũ. qḋ eis vtile ẽ cre
dere: niſi iuratiõe firmetur
Ad hoc itaq3 p̱tinet qḋ ſic
dicit̃. Sit aũt ſermo veſter
eſt. eſt. nõ. nõ. hoc bonũ eſt
et petẽdũ. qḋ aũt amplius
eſt: a malo eſt. id eſt: ſi iura-

re cogeris: ſcias de neceſſi tate venire infirmitatis eorũ quib⁹ aliq̇d ſuades: q̄ infirmitas vtiqꝫ malũ eſt. vñ nos quotidie liberari dep̄camur cuꝫ dicimus. libera nos a malo. Itaqꝫ nõ dixit. qđ ampli⁹ ē: malũ ē. Tu eñ nõ malũ facis q̄ bene vteris iuratiõe. q̄ etſi nõ bona tñ neceſſaria ē: vt alteri ꝑſuadeas qđ vtilit̄ ſuades. ſꝫ a malo ē illi⁹ cui⁹ infirmitate iurare cogeris. Sꝫ nemo nouit niſi q̄ expt⁹ eſt: q̄ ſit difficile: ⁊ ↄſuetudinē iurãdi extiguere ⁊ nunq̄ temere facē: qđ nõnũq̄ facē neceſſitas cogit. Ca. xxvi

q Ueri aũt põt cũ diceret̄. ego aũt dico vob nõ iurare oĩno. cur additũ ſit neqꝫ ꝑ celũ: q꞉ thron⁹ dĩ eſt. ⁊c̄. vſqꝫ ad id qđ dictũ ē neqꝫ ꝑ caput tuũ. Credo ꝓpterea q꞉ ñ putabãt iudei ſe teneri iureiurãdo: ſi per iſta iurauiſſent. Et qm̄ audierãt. reddes aũt dño iuſiurãdũ tuũ. nõ ſe putabant dño debere iuſiurãduꝫ. ſi ꝑ celũ aut ꝑ terrã aut hieroſolimã aut ꝑ caput ſuũ iuraſſent: qđ nõ vitio p̄cipiẽtis ſꝫ illis male intelligentib⁹ factum eſt. Itaqꝫ dñs docet nihil eſſe tã vile ĩ creaturis dei: vt ꝑ hoc quiſqꝫ peierãdũ arbitret̄. qñ a ſũmis vſqꝫ ad ima diuĩa ꝓuidẽtia creata regant̄. incipiens a throno dei vſqꝫ ad capillũ albũ vel nigrũ. Neqꝫ ꝑ celũ inq̇t: q꞉ thron⁹ dei ē neqꝫ ꝑ terrã: q꞉ ſcabelluꝫ ē pedũ ei⁹: id eſt: cũ iuras ꝑ celũ ⁊ terrã: nõ te arbitreris nõ debere dño iuſiurandũ tuũ: q꞉ ꝑ eũ iurare ↄuinceris: cui⁹ celũ thron⁹ ē: et cui⁹ terra ſcabellũ pedũ ē. neqꝫ ꝑ hieroſolimã: q꞉ ciuitas eſt magni regis. meli⁹ q̄ ſi diceret: meã. cũ tñ hoc dixiſſe intelligat̄. Et q꞉ vtiqꝫ ip̄e dñs eſt. dño iuſiurandũ debet q̄ ꝑ hieroſolimaꝫ iurat. Neqꝫ ꝑ caput tuũ iuraueris. Quid enĩ poterat q̄ſqꝫ magis ad ſe pertinere arbitrari: q̄ caput ſuũ? Sꝫ quõ noſtrũ eſt: vbi ptãtē fa

ciendi vni⁹ capilli albi aut nigri nõ habemus? Ergo deo debet iuſiurãdũ: ineffa biliter tenẽti oĩa ⁊ vbiꝗ̃ p̃ ſenti. q̃ſquis etiã ꝑ caput ſuũ iurare voluerit. Et hic etiã cetera intelliguntᷣ q̃ oĩa vtiꝗ̃ dici nõ poterat. ſi cut illud qꝺ cõmemorauim⁹ dictũ ab apſto. i. cor. xv. quotidie morior ꝑ veſtrã gl̃iam. Quam iuratõnẽ vt dño ſe debere oſtẽderet: ad dit. quã habeo in chriſto ie ſu. Verũtamẽ ꝓpter carna les dico nõ oportet opinari qꝺ dictũ ẽ. celũ thronus dei: ⁊ terra ſcabellũ pedũ ei⁹. ꝙ ſic habeat de⁹ collocata mẽbra in celo ⁊ in t̃ra vt nos cũ ſedem⁹. ſꝫ illa ſe des iudiciũ dei ſignificat. et qm̃ in hoc vniũſo mũdi corꝑe maximã ſpeciẽ habe at celũ ⁊ terra minimã: tãꝙ̃ p̃ſentior ſit excellẽti pul chritudini vis diuiña: minima xͦo ordinet ĩ extremis atꝗ̃ in infimis: ſedere in ce lo dicitur terrãꝗ̃ calcare. Spiritualiter aũt hic ſanctas animas celi nomĩe ſignificat. ⁊ terre noĩe peccatrices aĩas. Et qm̃ ſpũa lis oĩa iudicat: ipe aũt a ne mine iudicatᷣ. cõuenienter dicitᷣ ſedes dei. Peccator vero cui dictũ ẽ. terra es ⁊ in terrã ibis. q꞉ ꝑ iuſticiã meritis digna tribuentem in infimis ordinatᷣ. ⁊ qui in lege manere noluit: ſub lege punitᷣ. cõgruẽter accipi tur ſcabellũ pedũ eius.

### Capl̃m. xxvij.

Ed iam vt iſtã q̃ꝗ̃ ſũmã cõcludam⁹: q̃d laborioſi⁹ ⁊ copioſi⁹ dici aut cogitari p̃t: vbi oẽs neruoſ induſtrie ſue anim⁹ fidelᷣ exerceat ꝙ̃ ĩ vitioſa ꝯſuetudi ne ſuꝑanda p̃cidat mẽbra ĩpediẽtia regnũ celorꝝ. In dolore frãgatᷣ toleret ĩ ꝯiu gali fiꝺ oĩa: q̃ ꝙ̃uis ſint mo leſtiſſima: crimẽ tñ illicite corruptõiſ: id ẽ: fornicatõiſ nõ hñt. Veluti ſi vxorẽ q̃ſꝗ̃ hẽat ſiue ſterilẽ ſiue deformẽ corꝑe: ſiue dbilẽ mẽbriſ vl̃ cecã vl̃ ſurdã vl̃ claudã: vel ſi quid aliud: ſiue mor-

bis ⁊ doloribꝰ laboribuſq̧ cōfectā: ⁊ quicq̄d excepta fornicatione: cogitari pōt vehemēter horribile: ꝓ fide ⁊ societate suſtieat. Nec q̧ solū tñ nō abijciat: ſ; etiam ſi nō habest: non ducat eā que soluta est a viro. pulchram. sanā. diuitē. fecūdā Que ſi facere nō lic;: multo minꝰ ſibi licere arbitretur ad vllū aliū illicitū cōcubitū accedere. Fornicationē q̧ ſic fugiat: vt ab omī turpi corruptione ſeſe extrahat. veru; loquat̃ neq̧ adiurationibꝰ crebris ſ; morū ꝓbitate cōmendet. Rebellātes aduerſum ſe: oīm malaꝝ cōsuetudinū innūerabiles turbas: de quibus vt omēs intelligerēt̃: pauce cōmemorate ſunt. cōfugiēs ad arcē chriſtiane militie tanq̄ de loco ſupiore ꝓſternat. Sed q̄s tātos labores inire audeat: niſi qui ſic flagrat amore iuſticie: vt tanq̄ fame ac ſiti vehemētiſſime accēſus et nullā ſibi vitā: donec ea ſatietur: exiſtimās vim faciat in regnū celoꝝ. Nō enī aliter esſe poterit fortis ad tolerāda omīa: q̄ in p̄cidēdis conſuetudinibꝰ laborioſa ⁊ ardua ⁊ omīno difficilia ſeculi huius amatores putant. Beati ergo qui eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſticiā qm̄ ipi ſaturabunt̃. Uerūtamē in his laboribꝰ: cū quiſq̧ difficultatē patit̃: ⁊ p dura et aſpera gradū faciēs circūuallatꝰ varijs tentationibꝰ. ⁊ hinc atq̧ hinc inſurgere p̄teritevite moles intuēs: timet ne aggreſſa īplere nō poſſit. arripiat ꝯſiliū vt auxilium mereat̃. Nō est aūt aliud cōſiliū: niſi vt alioꝝ īfirmitatē ferat: et eis q̄ntum poteſt opitulet̃: qui ſibi diuinitꝰ deſiderat ſubueniri: Cōſequēter itaq̧ miſcōie p̄cepta videamꝰ. Mitis autē ⁊ miſericors vnū· vident̃ Sed hoc intereſt q̧ mitis de quo ſupiꝰ tractatū ē pietate nō cōtradicit diuinis ſentētijs que in ſua peccata proferunt̃. neq̧ illis dei

ſermonib⁹ quos nōdūītel ligit. ſed nullū beneficium preſtat ei cui nō cōtradicit nec reſiſtit: miſericors aūt ita nō reſiſtit: vt ꝓpter ei⁹ correctionē id faciat: quez redderet reſiſtēdo peiorē. Sequit͛ ꝗ qꝺ dn̄s dicit.

Capłm.xxviij.

a Audiſtis qꝛ dictū ē: oculū ꝓ oculo: dentē pro dente. ego aūt dico vobis. nō reſiſtere aduerſum malū. Sed ſi quis te ꝑcuſſerit in dextrā maxillā tuā: p̄be illi ⁊ alterā. ⁊ qui voluerit tecū iudicio cōtēdere: ⁊ tunicā tuā tollere. remitte illi ⁊ veſtimentū. ⁊ qui te angariauerit: mille paſſuſ: vade cū eo alia duo. omi petēti te: da. et qui voluerit a te mutuari: ne aduerſat⁹ fueris. Phariſeoꝝ iuſticia minor eſt. nō excedere in vīdicta modū. nec pl⁹ repēdat quicꝫ ꝙ accepit. Et magn⁹ hic gradus eſt. Nemo eniꝫ facile inuenit͛ qui ꝟbi gratia pugno accepto pugnū reddere velit. ⁊ vno a cōuiciante ꝟbo audito: vnū vel qꝺ tantūdē valet: ſit referre cōtētus. Sed ſine ira ꝑturbat⁹ immoderati⁹ vindicat ſiue qꝛ iuſtū putat: eū qui leſit prior: graui⁹ ledi ꝙ leſus eſt qui non leſerat. Talē animū magna ex parte refrenauit lex ī qua ſcriptū eſt. oculū ꝓ oculo et dentē pro dente. Quib⁹ noīb⁹ ſignificat͛ modus: vt iniuriam vindicta nō trāſeat. et hec eſt pacis īchoatio: ꝑfecta aūt pax eſt: talē penit⁹ nolle vindictā. Inter illud ergo primū: qꝺ p̄ter legez eſt: vt mai⁹ malū pro minore malo reddat͛. et hoc qꝺ dn̄s perficiēdis diſcipulis dixit: ne pro malo vllū reddat͛ malū. mediū locū quendā tenet: vt tm̄ reddat͛ q̄ntū acceptū eſt. ꝑ qꝺ a ſūma diſcordia ad ſummā cōcordiā: ꝓ tp̄m diſtributiōe trāſitus fact⁹ eſt. Quiſquis ꝗ malū infert prior ſtudio ledendi ⁊ nocēdi. vide quātū diſtet ab eo ꝗ nec leſus repēdit. Quiſquis aūt nulli

prior male fecit:ſʒ tñ leſus repēdit grauı⁹ vel volūtate vel facto:receſſit aliquātū a ſumma iniqtate et proceſſit ad ſummā iuſticiā:et tñ nōdū tenet qđ lex:q per moyſen data ē imperauit. Qui ergo tm̃ reddit q̄ntū accepit:iā donat aliqd. Nō enī tātā penā merer̄ nocēs q̄ntū ille q ab eo leſus ĩnocēs paſſus ē. Hāc ḡ inchoatā nō ſeuerā ſed miſericordē iuſticiā ille pficit:q legē venit implere nō ſoluere.

¶ Capitulum.xxix.

Vos ḡ adhuc gradus qui interſunt intelligēdos relinqt:qb⁹ ⁊ de ipo ſūmo miſcđie culmīe dicere maluit. Nā ē adhuc qđ faciat q nō implet iſtā magnitudinē p̄cepti:q ptinet ad regnū celoꝝ: vt nō reddat tm̄ ſʒ minus velut pro duob⁹ pugnis vnū.aut pro auulſo oculo aurē p̄cidat. Hinc aſcēdēs q oīno nihil repēdit ꝓpinqt p̄cepto domini:nec adhuc ibi ē. Parū ei adhuc videt̄ dño:ſi ꝓ malo qđ accepis nihil repēdas mali:niſi etiā mali ampli⁹ ſis parat⁹ accipere. Quapropt̄ nō ait. ego autē dico vobis nō reddē malū ꝓ malo.q̄q̄ hoc etiā magnū p̄ceptū ſit.ſʒ ait. nō reſiſtere adūſus malū:vt non ſolū ñ repēdas qđ tibi fuerit irrogatū:ſʒ etiā nō reſiſtas:q min⁹ aliud irroget̄. hoc eī ē qđ ꝯſeqnter exponit. Sʒ ſi qs te pcuſſerit in dextrā maxillā tuā:pbe illi et alterā. Nō enī ait ſi quiſ te pcuſſerit: noli tu pcutē. ſʒ para te adhuc pcutiēti. Qđ ad miſcđiam ptinere hi maxime ſentiūt q eis qs multū diligūt tāq̄ filijs vl̄ qbuſlibʒ dilectiſſimis ſuis egrotātib⁹ ſeruiūt vel paruulis vel freneticis: a qb⁹ multa ſepe patiunt̄. Et ſi eorū ſal⁹ id exigat:p̄bēt ſe etiam vt plura patiant̄:donec vl̄ morbi vl̄ etatis infirmitas tranſeat. Quos ḡ dñs medic⁹ aīaꝝ.curādis primis inſtruebat.qd eos aliud docere poſſet niſi vt eo-

rū quoꝝ ſaluti ꝯſulere vel-
lēt: imbecillitates eꝗ aīo
tolerarēt. Oīs nāqꝫ īprobi
tas ex imbecillitate animi
venit: qꝛ nihil innocētiꝰ eſt
eo ꝗ in ꝟtute ꝑfectꝰ eſt.

Capłm. xxx.

q Ueri autē pōt ꝗd ſibi
velit dextera maxilla
Sic enī in exēplaribꝰ gre-
cis qbꝰ maioꝛ fides haben
da eſt: inueniť. Nā mlťa la
tina maxillā tm̄ habēt: nō
etiā dexterā. Facies aūt ē
ꝗ qſqꝫ ꝯgnoſciť. Et legimꝰ
apud apłm. ij. coꝛ. xi. Tole
ratis enī ſi qs vos in ſerui
tutem redigit: ſi quis de-
uoꝛat: ſi qs accipit: ſi qs ex
tolliť: ſi qs in faciē vos ce-
dit. deinde ꝯtinuo ſubiun
git. ſcḋm ignobilitatem dico
vt exponat ꝗd ſit in faciez
cedi: hoc ē ꝯtēni ac deſpici
Qḋ ꝗdē nō ideo dicit apłs
vt illos nō ſuſtinerēt: ſꝫ vt
ſe magis ꝗ eos ſic diligerꝫ
vt ſeipm̄ ꝓ eis vellet īpen
di. Sꝫ qm̄ facies nō pōt di
ci dextra aut ſiniſtra ⁊ tam̄
nobilitas ⁊ ſcḋm deū ⁊ ſcḋm
hoc ſeculū pōt eſſe. Ita di-
ſtribuiť taꝫ̄ maxillam de-
xtrā ⁊ ſiniſtrā: vt ī ꝗcūqꝫ di
ſcipulo chriſti ꝯtēptū fue-
rit ꝗ chriſtianꝰ ē: mlťo ma
gis in ſe ꝯtēni paratꝰ ſit: ſi
qs huiꝰ ſeculi honoꝛes ha
bet. Sicut idē apłs cū ī eo
ꝑſequerenť hoīes chriſtia
nū nomen. ſi taceret de di-
gnitate quā habebat ī ſcł̄o
nō ꝓbuerat alťā maxillā ce
dētibꝰ dextrā. Nō enī dicē
do Actu. xxij. ciuis romanꝰ
ſū. nō erat paratꝰ hoc in ſe
contēni qḋ pro minimo ha
bebať: ab eis qui in illo no
men tā ꝓcioſū ⁊ ſalubꝛe cō
tēpſerant. Nunquid enī iō
minꝰ poſtea vincula tolera
uit: ꝗ ciuibꝰ romanis nō li-
cebat imponi? aut queꝗ̄ ꝺ
hac iniuria voluit accuſa-
re? Et ſi ꝗ ei ꝑpter ciuita-
tis romane nomē pepcerť
nō tm̄ iō ille nō ꝓbuit qḋ fe
rirēt: cū eos a tāta ꝑūſita-
te corrigē cupet patīa ſua
qs videbat in ſe ſiniſtras
ꝑtes magis ꝗ̄ dextras ho
noꝛare. Illud eſt enī tantū

attendendū: quo animo fa
ceret om̄ia: q̄ beniuole ⁊
clementer in eos a quibus
iſta patiebat̄. Nā ⁊ pontifi
cis iuſſu palma ꝑcuſſus: cō
tumelioſe viſus eſt dicere:
cū ait Actuū.xxiij.ꝑcutiet
te de⁹ paries dealbate. mi
nus intelligētib⁹ cōuitiū
ſonat: intelligētib⁹ vō pro
phetia eſt. Paries quippe
dealbat⁹ hypocriſis ē: id ē:
ſimulatio ſacerdotalē pre-
ferēs dignitatē: et ſub hoc
noīe tanq̄ cādido tegmīe
interiorē quaſi luteā turpi
tudinē occultās. Nā quod
humilitatis fuit mirabilit̄
cuſtodiuit: cū ei diceret̄. p̄n
cipi ſacerdotū maledicis?
Reſpōdit. neſciui fratres.
q̄ princeps eſt ſacerdotū.
Scriptū eſt enī. p̄cipi po
puli tui nō maledices. vbi
oſtēdit quāta trāquillita-
te illud dixiſſet qd̄ iratus
dixiſſe videbat̄. qd̄ tā cito
tā māſuete reſpōdit: qd̄ ab
indignantib⁹ ⁊ ꝑturbatis
fieri nō pōt. Et in eoipo in
telligentib⁹ verū dixit, ne-
ſciui q̄ p̄nceps eſt ſacerdo
tū tanq̄ ſi diceret. ego aliū
ſciui p̄ncipē ſacerdotū pro
cu⁹ nomie iſta ſuſtineo: cui
maledicere fas nō eſt ⁊ cui
vos maledicitis: cū in me
nihil aliud q̄ ei⁹ nomē au-
diſtis.

## Capitulum.xxxi

SIc ergo oportuit: nō
ſimulate iſta inſulta-
re: ſed in ipo corde eſſe ad
oīa paratū: vt poſſit cane-
re illud ꝓpheticū. paratū
cor meū deus paratū cor
meū. ps̄.cvij Multi enī. al
terā maxillā p̄bere nouer̄t
diligere vō illū a quo feri-
unt̄ ignorāt. At vō ipe do
min⁹ qui vtiq̄ p̄cepta que
docuit prim⁹ impleuit: per
cutiēti ſe in maxillā mini-
ſtro ſacerdotis nō prebuit
alterā: ſed inſup dixit Jo.
xviij. Si male locut⁹ ſum ex
proba de malo: ſi bene: q̄d
me cedis? nō tn̄ ideo para-
tus corde nō fuit. nō ſolum
in alterā maxillā cedi ꝓ ſa
lute oīm: ſed etiā toto cor-
pore crucifigi. Ergo ⁊ illō

qđ ſequit. et qui voluerit
tecū iudicio cōtēdere ⁊ tu
nicā tuā tollere: remitte il
li ⁊ veſtimētū: ad p̄paratio
nē cordis nō ad oſtētatōnē
opis p̄ceptū recte intelli-
git. Sed de tunica ⁊ veſti-
mēto qđ dictū eſt: nō ī eis
ſolis ſed in oībus faciendū
eſt: q̄ in aliquo iure tpalit
noſtra eſſe dicim⁹. Si eī de
neceſſarijs hoc impatū eſt
q̄nto magis ſupflua vſqꝫ q̄-
qꝫ cōtēnere cōuenit. Uerū-
tñ ea q̄ noſtra dixi: eo gene
re includēda ſunt: quo dn̄s
ipe p̄ſcribit dicēs. Si quis
vult iudicio tecū ꝯtēdere ⁊
tunicā tuā tollere. Oīa er-
go illa intelligant de q̄bus
iudicio nobiſcū cōtēdi pōt
ita vt a noſtro iure in ius il
lius trāſeat qui cōtēdit vł
ꝓ quo ꝯtēdit. ſicuti eſt ve-
ſtis: dom⁹: fundus: iumētū
et generaliter oīs pecunia
Qđ vtrū etiā de ſeruis ac
cipiēdū ſit magna q̄ſtio eſt
Nō enī chriſtianū oportet
ſic poſſidere ſeruū quo mō
equū aut argētū: q̄q̄ fieri
poſſit vt maiore precio va
leat equus q̄ ſeru⁹: ⁊ mlto
magis aliquid aur vł argē
tū. Sed ille ſeru⁹ ſi recti⁹ ⁊
honeſti⁹: ⁊ ad deū colendū
acōmodati⁹ abs te dn̄o edu
cat aut regit: q̄ ab illo pōt
qui eū cupit auferre. Ne-
ſcio vtrū quiſq̄ dicere au-
deat: vt veſtimētū eū debe
re ꝯtēni: hoīem nāqꝫ hō tā
q̄ ſeipꝫ diligere debet: cui
ab omniū dn̄o ſicut ea q̄ ſe
quunt oſtēdūt: etiā vt ini-
micos diligat impat. Sa-
ne aīaduertendū eſt oēm
tunicā veſtimētū eſſe: non
oēe veſtimētū tunicā eſſe.
Ueſtimēti ergo nomē plu-
ra ſignificat q̄ nomē tuni-
ce ⁊ ideo ſic dictū eſſe arbi
tror. ⁊ qui voluerit tecū iu
dicio cōtendere ⁊ tunicam
tuā tollere: remitte illi et
veſtimētū: tanq̄ ſi diceret.
qui voluerit tunicā tuā tol
lere: remitte illi. ⁊ ſi qđ ali-
ud indumēti habes. Ideo
nōnulli pallium interp̄tati
ſunt: qđ grece poſitum eſt:
Et q̄ te an-

garíauerit mille paſſus va
de cum illo et alia duo. Et
hoc vtiq̧ nō tā vt pedibus
agas: ꝙ vt animo ſis para
tus. Nam in ipa chriſtiana
hyſtoria in qua eſt auctori
tas: nihil tale inuenies fa=
ctū eſſe a ſanctis vel ab ip=
ſo dño. cū in hoīe quē ſu=
ſcipe dignat⁹ eſt: viuendi
nobis pbēt exēplū. cū tam
oīb⁹ fere locis eos inuēi
as paratos fuiſſe eq̄ aīo to
lerare q̄cq̄d eis īprobe fuiſ
ſet ingeſtum. Sed xbi grā
dictū putam⁹: vade cū eo
alia duo: an tria cōplere vo
luit q̄ numero ſignificat p=
fectio: vt meminerit q̄ſq̧
cū hoc facit: pfectā ſe īple
re iuſticiā: miſericorditer
pferēdo infirmitates eorꝝ:
q̄s vult ſanos fieri. Pōt vi
deri ppterea etiā trib⁹ ex
emplis hec p̄cepta inſinu=
aſſe. Quorꝝ primū ē. Si q̄s
te pcuſſerit in maxillā. Se
cundū. ſi q̄s tunicā tollere
voluerit. Tertiū: ſi q̄s mil=
le paſſus te angariauerit.
In q̄ exēplo tercio ſimplo

duplū addit vt triplū com
pleat. Qui nūer⁹ hoc loco
ſicut dictū eſt: ſignificat p=
fectionē: illud accipiat qd
in p̄cipiēdo tanꝙ tolerabi
lius incipiēs paulatim cre
uerat donec perueniret ad
duplū aliud pferēdū. Nam
prio p̄beri voluit alteram
maxillā: cū fuerit dextra p
cuſſa vt min⁹ pferre para=
tus ſis quā ptuliſti. Quic=
quid enī dextra ſignificat:
carius eſt vtiq̧ ꝙ id qd ſi=
gnificat ſiniſtra. ⁊ qui in re
cariore aliquid ptulit: ſi et
in viliori patiēs pferat mi
nus eſt. deinde illi qui vult
tunicā tollere iubet ⁊ veſti
mentū dimitti: qd aut tm̄=
dem eſt aut nō multo ampli
us nō tn̄ duplū. tercō d mil
le paſſib⁹ quib⁹ addēda di
cit duo milia vſq̧ ad duplū
aliud pferri iubet. Ita ſigni
ficās ſiue aliquāto min⁹ ꝙ
iā fuit ſiue tātūdē ſiue am
pli⁹ q̄ſq̧ improb⁹ in te eſſe
voluerit: equo aīo eſſe tole
randum.

IN his ſane generib⁹
triū exēploꝝ:nullū ge
nus iniurie ꝑtermiſſū eſſe
video. Nanqꝫ oīa in q̄b⁹ im
probitatē aliquā patimur
in duo genera diuiduntur.
Quoꝝ alteꝝ eſt qđ reſtitui
nō pōt:alteꝝ qđ pōt. Sꝫ in
illo qđ reſtitui nō pōt:vin-
dicte ſolatiū q̄ri ſolet. q̄d
enī ꝓdeſt q̄ ꝑcuſſus reper
cutis? nūquid ꝓpterea il-
lud qđ in corꝑe leſū ē:reſti
tuit in integrū? Sꝫ timid⁹
anim⁹ talia fomēta deſide
rat. ſanū aūt firmūqꝫ iſta ñ
iuuāt:q̄n poti⁹ miſericordi
ter ꝑferēdā alteri⁹ infirmi
tatē iudicat:q̄ alieno ſup-
plicio ſuā mitigādā q̄ nul-
la eſt. Neqꝫ hic ea vindicta
ꝓhibet:q̄ ad correctionē
valet. Ipa enī etiā ad miſe
ricordiā ꝑtinet. nec impe-
dit illud ꝓpoſitū q̄ quiſqꝫ pa
rat⁹ eſt ab eo quē correctū
eſſe vult:plura ꝑferre. Sꝫ
huic vīdicte referēde nō ē
idone⁹ niſi q̄ odiū:q̄ ſolent
flagrare q̄ ſe vīdicare deſi
derāt:dilectiōis magnitu-
dine ſuꝑauerit. Nō enī me
tuendū eſt ne odiſſe paruu
lū filiū parētes videant. cū
ab eis vapulat peccās: ne
peccet vlterius. Et certe
vtili⁹ ꝑfectio dilectiōis ip
ſius dei patris in imitatio
ne nobis ꝓponit: cū nobis
in ſeq̄ntib⁹ dicit. diligite ī-
imicos veſtros. et reliqua.
Et tñ de ipo dicit ꝑ ꝓphe
tā. Quē eī diligit dñs cor-
rigit. ad he.xij. flagellat au
tem omnē filiū quē recipit
Dicit ⁊ dominus luce.xij.
Seruus qui neſcit volun-
tatē domini ſui ⁊ non facit
digna plagiſ vapulabit pau
cis. Seruus autē qui ſcit
voluntatē dñi ſui ⁊ nō facit
digna plagiſ vapulabit mł
tis. Non ergo queritur ni
ſi vt ⁊ ipe vindicet cui reꝝ
ordine poteſtas data eſt. et
ea voluntate vindicet qua
pater in paruulum filium
quē per etatem odiſſe non
dum poteſt. Hinc enī aper
tiſſimū exemplum datur q̄
ſatis appareat poſſe pecca

prior male fecit:ſʒ tñ leſus
repẽdit grauꝰ vel volũta=
te vel facto:receſſit aliquã
tũ a ſumma iniq̃tate et pro
ceſſit ad ſummã iuſticiã:et
tñ nõdũ tenet qđ lex:q̃ per
moyſen data ẽ imperauit.
Qui ergo tm̃ reddit q̃ntũ
accepit:iã donat aliq̃d. Nõ
enĩ tãtã penã meret̃ nocẽs
q̃ntũ ille q̃ ab eo leſus ĩno=
cẽs paſſus ẽ. Hãc ꝙ inchoa
tã nõ ſeuerã ſed miſericor=
dẽ iuſticiã ille pficit:q̃ legẽ
venit implere nõ ſoluere.

¶ Capłm.xxix.

d Duos ꝙ adhuc gradus
qui interſunt intelli=
gẽdos relinq̃t:qbꝰ ⁊ de ipo
ſũmo miſcdie culmĩe dice=
re maluit. Nã ẽ adhuc qđ
faciat q̃ nõ implet iſtã ma=
gnitudinẽ p̃cepti:q̃ ꝑtinet
ad regnũ celoꝝ: vt nõ red=
dat tm̃ ſʒ minus velut pro
duobꝰ pugnis vnũ.aut pro
auulſo oculo aurẽ p̃cidat.
Hinc aſcẽdẽs q̃ oĩno nihil
repẽdit ꝓpinq̃t p̃cepto do
mini:nec adhuc ibi ẽ. Pa=
rũ ei adhuc videt̃ dño:ſi ꝓ
malo qđ accepis nihil re=
pẽdas mali:niſi etiaʒ mali
ampliꝰ ſis paratꝰ accipere.
Quapropt̃ nõ ait. ego au=
tẽ dico vobis nõ reddẽ ma
lũ ꝓ malo.ꝙ ꝙ hoc etiã ma
gnũ p̃ceptũ ſit.ſʒ ait. nõ re
ſiſtere aduſus malũ:vt non
ſolũ ñ repẽdas qđ tibi fue
rit irrogatũ:ſʒ etiã nõ reſi
ſtas:q̃ minꝰ aliud irroget̃.
hoc eĩ ẽ qđ ꝯſeq̃nter expo=
nit. Sʒ ſi q̃s te ꝑcuſſerit in
dextrã maxillã tuã:p̃be illi
et alterã. Nõ enĩ ait ſi quiſ
te ꝑcuſſerit: noli tu ꝑcutẽ.
ſʒ para te adhuc ꝑcutiẽti.
Qđ ad miſcdiam ꝑtinere
hi maxime ſentiũt q̃ eis q̃s
multũ diligũt tãꝙ filijs vł
q̃buſlibʒ dilectiſſimis ſuis
egrotãtibꝰ ſeruiũt vel par
uulis vel freneticis: a q̃bꝰ
młta ſepe patiunt̃. Et ſi eo
rũ ſalꝰ id exigat:p̃bẽt ſe eti
am vt plura patiant̃:donec
vł morbi vł etatis infirmi
tas tranſeat. Quos ꝙ dñs
medicꝰ aĩaꝝ.curãdis ꝓxi=
mis inſtruebat.q̃d eos ali=
ud docere poſſet niſi vt eo=

ti. Sed ſi huic libro hereti
ci qui aduerſant̄ veteri te=
ſtamēto nolūt credē: pau=
lū apl̄m quē nobiſcū legūt
intueant̄ dicentē .i. cor.v.
de quodā peccatore: quem
tradidi ſathane ī interitū
carnis: vt aīa ſalua ſit. Et
ſi nolūt hi mortē intelligē
fortaſſe eī incertū eſt: quā=
libet vindictā p ſathanam
factā ab apl'o. fateant̄ q ñ
eū odio ſed amore feciſſe:
manifeſtat. illud adiectum
vt aīa ſalua ſit. aut in illis
libris quib⁹ ipi magnā tri
buūt auctoritatē aīaduer
tāt qd dicim⁹. vbi ſcriptū
eſt apl'm thomā imp̄cantē
cuidā a quo palma pcuſſus
eſt atrociſſime mortis ſup
pliciū: aīam ei⁹ tñ cōmen=
datā vt in futuro ei ſeculo
parceret. cui⁹ a leone occi=
ſi a cetero corpe diſcerptā
manū canis intulit mēſis ī
quib⁹ cōuiuabat apl's. Cui
ſcripture licz nobis nō cre
dere. non enī eſt in catholi
co canone. Illi tñ eam ⁊ le
gūt ⁊ tanq̄ incorruptiſſi=
mā veriſſimāq; honorāt: q̄
aduerſus corpales vindi=
ctas: que ſunt in veteri te=
ſtamēto neſcio qua cecita=
te acerrime ſeuiūt: quo ani
mo ⁊ qua diſcretōe tp̄m fa
cte ſunt oīno neſcientes.

Capl'm. xxxiiij.

t Enebit ergo in hoc ī=
iuriarū genere qd per
vindictā luit iſte a chriſtia
nis modus: vt accepta iiu=
ria nō ſurgat odiū ſed infir
mitatis miſcdia parat⁹ ſit
anim⁹ plura ppeti. nec cor
reptionē negligat: qua vel
cōſilio vel auctoritate vel
poteſtate vti poteſt. Aliud
iniuriarū gen⁹ eſt: qd in in
tegrū reſtitui pōt: cui⁹ due
ſpecies: vna ad pecuniam
altera ad opa ptinet. Qua
propter illi⁹ de tunica ⁊ ve
ſtimēto: huius de angaria
mille paſſuū ⁊ duū miliū ex
empla ſubiecta ſunt: q̄ et
reddi veſtimētū pōt et quē
adiuueris ope pōt te etiā
ipe ſi opus fuerit adiuuare
Niſi forte ita poti⁹ diſtin=
guendū eſt vt pri⁹ qd poſſ

tum eſt de ꝑcuſſa maxilla
omia ſignificet q̄ ſic inge=
runt ab improbis vt reſti=
tui nō poſſint niſi vindicta
Secūdū qđ poſitum eſt de
veſtimēto oīa ſignificet q̄
poſſunt reſtitui ſine vindi=
cta:⁊ iō fortaſſis additū ē.
qui voluerit tecū iudicō cō
tēdere q꞉ qđ per iudicium
auferṫ nō ea vi putaṫ aufer
ri cui vīdicta debeaṫ. Ter
ciū vero ex vtroqꝫ cōfectū
eſt vt ⁊ ſine vindicta ⁊ cum
vīdicta poſſit reſtitui. Nā=
qꝫ oꝑam indebitā violēter
exigere ſine vllo iudicio ſic
facit qui angariat hoīez
improbe ⁊ cogit ſe illicite
adiurari ab inuito:et penā
improbitatis poteſt luere
et oꝑam reddere ſi hāc il=
le repetat qui improbum
ꝑtulit. In his ergo oībus
generibꝰ iniuriaꝝ dn̄s do=
cet patientiſſimū ⁊ miſeri=
cordiſſimū ⁊ ad plura ꝑfe=
rēda paratiſſimū animum
chriſtiani eſſe oportere.

Capl̄m.xxxv.

S Ed qm̄ parū eſt non
nocere niſi etiā ꝓſtet bene
ficiū quātū pōt. Cōſequen
ter adiūgit ⁊ dicit. Omī pe
tenti te:tribue.⁊ qui volue
rit a te mutuari ne auerta
ris. Omī petēti inquit da
nō oīa petēti: vt id des qđ
dare honeſte ⁊ iuſte potes.
q̄d ſi enī pecuniā petat:q̄
innocentē coneṫ opprimē:
Quid ſi poſtremo ſtupruz
petat? Sed ne multū ꝓſe=
quar q̄ ſunt innūerabilia.
id ꝑfecto dādū eſt qđ nec
tibi nec alteri noceat q̄ntū
ſciri aut credi ab hoīe pōt.
Et cuz iuſte negaueris qđ
petit iudicāda eſt ip̄a iuſti
cia:vt nō eū ianē dimittas
Ita omī petēti te dabis:q̄
uis nō ſemper id qđ petit
dabis ⁊ aliqn̄ melius aliq̄d
dabis:cū petentem iniuſta
correxeris. Quod aūt ait
q̄ voluerit a te mutuari ne
auertaris ad animū refe=
rendū eſt. Hilarē enī dato=
rē diligit deꝰ. mutuaṫ eniz
oīs qui accipit: etiam ſi nō
ip̄e ſoluturꝰ eſt. Cū enī mi
ſericordibꝰ deꝰ plura reſti

tuat oīs qui beneficiū pre
ſtat feneratꝛ. aut ſi non pla
cet accipe mutuantē: niſi
eū qui accipit redditurꝰ in
telligēdū eſt dn̄m ipſa duo
genera pſtandi eſſe cōple-
xum. Nanqꝫ aut donamus
qḋ damꝰ beniuole: aut red
dituro cōmodamꝰ: ꝛ plerū
qꝫ hoīes qui ꝓpoſito diuīo
pmio donare parati ſunt.
addandū qḋ mutuū petitꝛ
pigri fiūt quaſi nihil rece-
pturi a dn̄o cū rem q̄ datur
ille qui accipit exoluat. re-
cte itaqꝫ ad hoc beneficij
tribuēdi genus nos diuīa
hortatꝛ auctoritas dicens.
et qui voluerit a te mutua
ri ne aduerſatus fueris: id
eſt: ne ꝓpterea volūtatem
alienes ab eo qui petit. qa
et pecunia tua vacabit: et
deus tibi nō redditurꝰ eſt:
cū homo reddiderit. Sꝫ cū
id ex pcepto dei facis: apḋ
illū qui hec iubet: infructu
oſum eſſe nō putes. Deīde
adiūgit ꝛ dicit. Ca. xxxvi.
a Udiſtis qꝛ dictum eſt
diliges ꝓximū tuum:

ꝛ oderis inimicū tuū. Ego au
tē dico vobis. Diligite ini
micos veſtros. benefacite
his qui oderūt vos. et ora-
te pro eis qui vos pſequū
tur: vt ſitis filij patris ve-
ſtri qui in celis eſt: qui fa-
cit ſolem ſuum oriri ſuper
bonos ꝛ malos: ꝛ pluit ſu-
per iuſtos ꝛ iniuſtos. Si ei
dilexeritis eos qui vos di-
ligūt: quā mercedem habe
bitis? nōne ꝛ publicani hoc
faciunt. et ſi ſalutaueritis
fratres veſtros tātū: quid
amplius facitis? nōne eth-
nici hoc faciūt? Eſtote er-
go vos perfecti ſicut ꝛ pa-
ter veſter qui in celis eſt: p
fectus eſt. Nam ſine iſta di
lectōne qua etiā inimicos
et pſecutores noſtros dili
gere iubemur: ea que ſupi
us dicta ſunt implere quis
poteſt? Perfectio aūt mi
ſericordie qua plurimū a-
nime laborāti ꝯſulitꝛ vltra
dilectionē inimici porrigi
nō pōt. ideo ſic clauditur.
Eſtote ḡ vos pfecti ſic pr
veſter qui in celis eſt: per-

fectus eſt. Ita tñ vt de⁹ in
telligat̃ pfectus tanq̃ de⁹
et aĩa pfecta tanq̃ aĩa.
Gradũ tñ eſſe aliquẽ ĩ pha
riſeoꝝ iuſticia: qui ad legẽ
veterẽ ptinet. hinc intelli-
git̃: q multi hoĩes eos eti-
am a quib⁹ diligunt̃ oderĩt
ſicut luxurioſi filij parẽtes
cohercitores luxurie ſue.
Aſcẽdit ergo gradũ q̃ primum diligit q̃uis adhuc
oderit inimicũ. Eius autẽ
impio qui venit legem im
plere nõ ſoluẽ pficiet beni
uolentiã ⁊ benignitatẽ. cũ
eã vſq; ad inimici dilectio-
nẽ pduxerit. Nam ille gra
dus q̃uis nõnulli⁹ ſit: tam
paruus eſt tñ: vt cũ publi-
canis etiã poſſit eſſe cõmu
nis. Nec qđ in lege dictuꝫ
eſt oderis inimicũ tuũ: vox
iubẽtis iuſto: accipiẽda eſt
ſed pmittẽtis infirmo.

Capl̃m. xxxvij.

o Ritur hic ſane nullo
modo diſſimulanda q̃
ſtio: q huic precepto dñi: q̃
nos hortatur diligere ini-
micos noſtros: benefacere
eis qui nos oderũt ⁊ orare
pro his q̃ nos pſequunt̃ mi
te alie ſcripturarũ partes
min⁹ diligẽter ⁊ ſobrie cõ-
ſiderãtib⁹ vident̃ aduerſe.
qꝛ et in pphetis. Inueniũ
tur multe imp̃cationes ad
uerſus inimicos: que male
dictiones putant̃: ſicuti eſt
illud pſ. lxviij. fiat mẽſa eo
rũ in laqueũ: ⁊c. que ibi di
cunt̃. Et illud. Fiãt filij ei⁹
pupilli ⁊ vxor ei⁹ vidua. Et
alia queq; vel ſupra vel in-
fra in eodẽ pſalmo in pſo-
nã iude p pphetã dicunt̃:
multa alia vſquequaq; in
ſcripturis repiunt̃: que vi-
dent̃ eſſe cõtraria. ⁊ huic p̃
cepto domĩ illi apl̃ico q̃ ait
ad ro. xij. benedicite ⁊ noli
te maledicere: cũ et de dño
ſcriptũ ſit lu. x. q ciuitati-
bus maledixerit que vbuꝫ
eius nõ acceperũt. Et me-
morat⁹ apl̃s ad thimo. iiij.
de quodã ita dixit. reddet
illi dñs ſm opa illi⁹. Sed h
facile ſoluunt̃: qꝛ ⁊ ppheta
p imp̃cationẽ: quid eſſꝫ fu
tuꝝ cecinit: nõ optãtis vo-

to ſed ſpū ꝓuidētis. Ita et dn̄s. Ita ⁊ apl's: q̄q̄ in horū etiā verbis nō hoc inuenitur qđ optauerint. Non enī cū ait dn̄s luc̄.x. ve tibi capharnaū: aliud ſonat niſi aliquid ei mali euenturū merito infidelitatis. qđ vēturū dn̄s nō maliuolentia optabat: ſed diuinitate cernebat. Et apl's nō ait: reddat. ſed: reddet ei dn̄s ſm opa ei⁹ qđ verbū ꝓnūciantis eſt nō imperātis vel imprecantis. Sicut et de illa hypocriſi iudeoꝝ de qua iā dictū eſt cui euerſionē īminere cernebat dixit Actu. xxiij. ꝑcutiet te de⁹ paries dealbate. Prophete autē maxime ſolēt figura imprecātis futura ꝓdicere. ſicut figura ꝓteriti tp̄is ea que futura erāt ſepe cecinerūt ſicuti eſt illud ps̄. ij. quare fremuerūt gentes: ⁊ populi meditati ſunt inania. nō enī dixit: quare fremēt gētes: ⁊ populi meditabūt̄ inania. cū ea nō quaſi iā tranſacta meminiſſent ſed vētura ꝓſpiceret. Tale etiā illud ē ps̄. xxij. diuiſerūt ſibi veſtimenta mea ⁊ ſup veſtē meā miſerūt ſortē. Et hic enī nō dixit. diuidēt ſibi veſtimēta mea ⁊ ſup veſtē meam mittent ſortē. Nec tñ de his verbis quiſq̄ calūniat̄: niſi qui nō ſentit varietatē iſtā figurarū in loquēdo nihil veritati reꝝ minuere et plurimū afferre vel addere affectib⁹ animorū.

Caplm̄. xxxviij.

Sed illud magis vrget iſtā queſtionem qđ dicit ap l'us iohā. i. ioh: v. Si q̄s ſcit peccare fratrē ſuū pctm̄ nō ad mortē: poſtulabit ⁊ dabit ei de⁹ vitā q̄ peccat nō ad mortē. Peccatū aūt eſt ad mortē: nō ꝓ illo dico vt roget. Apte ei oſtēdit eſſe q̄ſdā fratres ꝓ quibus orare nō nobis ꝑcipit̄. cū dn̄s etiā ꝓ ꝑſecutorib⁹ nr̄is orar̄ nos iubeat. Nec iſta q̄ſtio ſolui pōt niſi fateamur eſſe aliq̄ pctā ī fr̄ib⁹ q̄ inimicoꝝ ꝑſecutiōe grauiora ſint. Fr̄es aūt chri-

ſtianos ſignificari multis diuinarū ſcripturarū documētis pbari pōt. Manifeſtiſſimū tñ illud ē qd apl's ita pōit i. cor. vij. Sctificat⁹ ē ei vir infidelis i vxore. ⁊ ſanctificata eſt mulier infidelis in fratre. Nō addidit noſtro: ſed manifeſtū exiſtimauit cū fratris nomie chriſtianū intelligi voluit: qui infidelē haberet vxorē. ⁊ ideo paulo poſt dicit. q̄ ſi infidelis diſcedit: diſcedat. Non aūt ſeruituti ſubiectus eſt frater vel ſoror in huiuſmodi. Peccatū ergo fr̄is ad mortē puto eſſe. cum poſt agnitionē dei ꝑ grām dñi noſtri ieſu chriſti: quiſq; oppugnat fraternitatē ⁊ adūſus ipſam grām qua recōciliatus eſt deo inuidētie facib⁹ agitat. Peccatū autē nō ad mortē eſt ſi quiſq̄ non amore a fratre alienauerit ſed officia fraternitati debita ꝑ aliquā infirmitatez animi nō exhibuerit. Quapropter ⁊ dñs in cruce ait luce. xxiij. pater ignoſce illis qr neſciūt quid faciūt. nondū eñi gratia ſpūs ſancti participes facti: ſocietatē ſancte trinitatis inuerant. Et beat⁹ ſtephan⁹ in actib⁹ apl'orū actu. vij. orat ꝓ eis a quib⁹ lapidat. quia nōdū chriſto crediderant. Neq; aduerſus illā cōmunē gratiam dimicabāt. Et apl's paul⁹. ꝓpterea credo nō orat ꝓ alexādro: qr iam frater erat ⁊ ad mortē: id eſt: inuidētie facib⁹ fraternitatē oppugnādo peccauerat. Pro his aūt qui nō abruperāt amorē ſ; timore ſuccubuerāt: orat vt eis ignoſcat. Sic eñi dicit. ij. ad thim. iiij. Alexāder erarius multa mala mih i oſtēdit: reddet illi dñs ſm opa illi⁹. Quē ⁊ tu deuita. valde eñi reſtitit nr̄is ſermōibus. Deinde ſubiūgit ꝓ q̄bus orat: ita dicēs. In pria mea defēſiōe nemo mihi affuit: ſ; oēs me dereliqrūt: ñ ill' iputet Ca. xxxix

i Sta differētia pctōrū iudā tradētē a petro negā

te diſtinguit. nō q͛ penitē-
ti nō ſit ignoſcēdū. Ne ꝫ il
lā dñi ſniam veniam⁹. luce
xvij. Mat. xviij. q̄ p̄cipit ſꝑ
ignoſcēdū eſſe fratri petē-
ti: vt ſibi frr ignoſcat. ſꝫ q̄a
illi⁹ pctī tāta labes ē vt de
p̄cādi hūilitatē ſubire non
poſſit: etiā ſi pctm̄ ſuū ma-
la cōſcia agnoſcē ꝛ enūcia
re cogat. Cū enī dixiſſet iu
das: peccaui ꝙ tradiderī
ſanguinē iuſtū. facili⁹ tn̄ de
ſperatiōe cucurrit ad laq̄-
um ꝙ hūilitate veniā dep
cat⁹ eſt. Quapropt multū
intereſt q̄li penitētia igno
ſcat de⁹. Multi enī multo
citi⁹ ſe fatent peccaſſe: at-
ꝙ ita ſibi ſuccēſent vt vehe
mēter ſe peccaſſe nollēt: ſꝫ
tn̄ animū ad hūiliādū ꝛ ob
terēdū cor: īplorādāꝙ ve-
niā nō deponūt. quā mētis
affectionē ꝓpter pctī ma-
gnitudinē iā de dānatione
illos habere credēdū ē. Et
hoc eſt fortaſſe peccare in
ſpm̄ ſcm̄. i. ꝑ maliciā ꝛ inui
diā oppugn̄re charitatē frr-
nā poſt acceptā grāꝫ ſpūs
ſcti. Nō pctm̄ dñs neq͂ hic
neq͂ ī futuro ſeclo dimitti
dic. mat. xij. Un̄ q̄ri pt vtrū
in ſpm̄ ſctm̄ iudei peccaue
rit qn̄ dixerūt ꝙ in beelze
bub p̄ncipe demōioꝝ demo
nia dñs expellerēt. vtꝝ hoc
in ipm̄ dnm̄ dictū accipiā⁹
q͛ de ſe dic alio loco. Si eū
patrēfamilias belzebub vo
cauerūt: q̄nto magis dome-
ſticos ei⁹? An q̄m de mag
inuidētia dixerāt ingrti tā
p̄ntib⁹ bn̄ficijs ꝙuis nōdū
chriſti fuerit: tn̄ ꝓpt ipaꝫ
inuidētie magnitudinē in
ſpm̄ ſcm̄ peccaſſe credēdi
ſint. Nō eī hoc colligit de
xbis dñi. ꝙuis eī eodē lo-
co dixerit: q̄cunq͂ aūt dixe
rit xbū nequā adūſus filiū
hoīs remittet ei. q̄ aūt di-
xerit adūſus ſpm̄ ſctm̄ non
remittet ei: neq͂ ī hoc ſclo
neq͂ ī futo. Tn̄ videri pt ad
hoc eos monuiſſe vt acce-
dāt ad grāꝫ ꝛ poſt acceptā
grā n̄ ita peccēt vt nūc pec
cauert. Nūc eī ī filiū hoīs
dixert xbū nequā ꝛ pōt eīs
dimitti ſi conuerſi fuerint

et ei crediderint ⁊ ſpm̄ ſan
ctū acceperint. q̄ accepto
ſi fraternitati inuidere ⁊ ḡ
tiā quā acceperūt oppugn̄=
re voluerint. nō eis dimit=
ti neq̧ in hoc ſeculo neq̧ ī
futuro. Nā ſi eos haberet
ſic ꝯdēnatos: vt nulla ſpes
illis reliqua eſſ3: nō adhuc
monēdos iudicaret cū ad=
didit dicēs Matt. xij. Aut
facite arborē bonā et fru=
ctū eiꝰ bonū. aut facite ar=
borē malā ⁊ fructū eiꝰ ma=
lū. Si itaq̧ accipiat̄: diligē
dos inimicos eſſe: et bene=
faciēdū his qui nos oder̄t
et orandū ꝓ his q̄ nos pſe
quunt̄: vt ꝓ quibuſdā etiā
fratrū peccatis intelligat̄:
nō p̄ceptū eſſe vt oremꝰ ne
ꝑ imperitiā noſtrā diuina
ſcriptura: qḋ fieri nō pōt: a
ſe diſſentire videat̄.

Capl̄m. xl.

S Ed vtrū ſicut ꝓ q̄buſ
dā non eſt orandū: ita
etiā cōtra aliq̄s orādū ſit:
nōdū ſatis apparuit. Gene
raliter eni3 dictū eſt ad ro.
xij: benedicite ⁊ nolite ma
ledicere. Et illud pauli. ne
mini malū ꝓ malo redden
tes. Pro quo aūt nō oras:
nō etiā cōtra illū oras. po=
tes enī videre certā eiꝰ pe
nā ⁊ penitꝰ deſperatā ſalu=
tē. Et nō q2 odiſti eū iō pro
illo nō oras: ſ3 q2 ſentis ni=
hil te poſſe ꝓficere: et oꝛō=
nē tuā nō vis r̄pelli a iuſtiſ
ſimo iudice. ¶ S3 q̄d agi
mus de his cōtra q̄s oratū
a ſanctis accepimꝰ: non vt
corrigerent̄: nā hoc mō po
tius ꝓ ipis oratū eſt. ſ3 ad
illā vltimā dānationē: non
ſicut ꝯtra dn̄i traditore3 ꝑ
ꝓphetā. nā illa: vt dictū ē:
p̄dictio futuroꝝ nō optatō
ſupplicij fuit: nec ſicut apo
ſtolꝰ ꝯtra alexandrū. nam ⁊
inde iā ſatis dictū eſt. ſed ſi
cut in apocalipſi iohannis
legimꝰ martyres orare vt
vindicent̄ etiā cū ille p̄mꝰ
martyr vt lapidatoribꝰ ſu=
is ignoſceret̄ orauerit. S3
hinc non oportet moueri.
Quis enī audeat affirma=
re cū illi ſctī cādidati ſe vi
dicare petiuerūt. vtꝝ ꝯtra

ipos hoies an cōtra regnū peccati petiuerint. nanqꝫ ipa est ſincera ⁊ plena iuſticie ac miſericordie vindicta martyꝝ vt euertat regnū peccati. Nō eni cōtra ipos hoies ſed ↄtra regnū peccati petierūt: q̄ regnante tāta ꝑpeſſi ſunt. Ad cuius euerſionē nitit apls ad ro. vi. dicens. Non ergo regnet pctm̄ in veſtro mortali corpore. Deſtruit aūt et euertit peccati regnū: partim correctiōe hoim̄ vt caro ſpiritui ſubijciat: partiꝫ dānatiōe pſeuerātiū i peccato. ſed iſta iuſticia ordinetur vt iuſtis cum chriſto regnātibꝰ moleſti eſſe nō poſſint. Intuere apl̄m paulū: nōne tibi videt in ſeipo ſtephanū martyrē vindicare cū dicit. i. cor. ix. non ſic pugno tanq̄ aerē cedēs ſꝫ caſtigo corpus meū ⁊ ſeruituti ſubijcio. Nā hoc in ſeruitute ꝓſternebat ⁊ debilitabat ⁊ victū ordinabat. vnd̄ ſtephanū ceteroſqꝫ chriſtianos fuerat pſecutꝰ. Quis ergo cōuincit martyres ſāctos nō talē ſuā vindictaꝫ a dn̄o eſſe depcatos: cū etiam finē huiꝰ ſeculi in q̄ tanta exitia ptulerūt ad ſuā vidictā potuert libēter optare. Qd̄ qui orāt ⁊ ꝓ inimicis ſuis orāt qui ſanabiles ſunt: ⁊ ↄtra illos nō orant: q̄ inſanabiles eſſe voluert. Quia deꝰ q̄qꝫ puniendo illos nō eſt maliuolꝰ tortor: ſed iuſtiſſimꝰ ordinator. Sine vlla ergo dubitatiōe diligamꝰ inimicos noſtros. benefaciamꝰ eis q̄ nos oderūt: ⁊ oremꝰ pro eis q̄ nos perſequuntur.

Cap̄m. xli.

q Uod aūt cōſequenter poſitū eſt: vt ſitis filij patris veſtri q̄ in celis eſt. Ex illa regula eſt intelligēdū qua ⁊ iohānes ioh. i. dicit. dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Unꝰ eni naturaliter filiꝰ eſt: q̄ neſcit oīno peccare. Nos aūt ptāte accepta efficimur filij inq̄ntū ea q̄ ab illo pcipiunt implemꝰ. Un̄ apl̄ica diſciplīa

adoptionē appellat q̄ ī etn=
nā hereditatē vocamur vt
cohēdes christi eē poſſim⁹
Filij ḡ efficimꝰ regeneratō
ne ſpiritali ⁊ adoptamꝰ ī re
gnū dei: n̄ tāq̄ alieni ſꝫ tāq̄
facti ⁊ creati vt vnū ſit bn̄
ficiū quo nos fecit eſſe per
oīpotētiā ſuā cū an̄ nihil eſ
ſem⁹: alterꝫ q̄ adoptauit vt
cū eo tāq̄ filij vita etn̄a ꝓ
nr̄a ꝑticipatōe frueremur
itaq̄ n̄ ait facite iſta qꝛ eſtꝭ
filij: ſꝫ facite iſta vt ſitꝭ filij
Cū aūt ad hoc nos vocat ꝑ
ipm̄ vnigenitū ad ſilitudi=
nē ſuā nos vocat. Ille enī
ſicut cōſequēter dicit: ſolē
ſuū oriri facit ſuꝑ bonos ⁊
malos: ⁊ pluit ſuꝑ iuſtos ⁊
iniuſtos. Siue ſolē ſuū non
iſtū carneis oculis viſibilē
accipias ſꝫ illā ſapiām de
qua dicit̄ ſapīe. vij. cādor ē
enī lucis eterne. de q̄ item
nūc dicit̄. ort⁹ mihi iuſticie
ſol. Et itē malach. iiij. vob
aūt qui timetis nomē dn̄i
orief ſol iuſticie. Ut etiam
pluuiā accipias irrigatio=
nē doctrine xitatis q̄ bōis
et malis apparuit: ⁊ bonis
et malis euāgeliſat⁹ ē chri
ſtus. Siue iſtū ſolē mauis
accipe nō ſolū hoīm ſꝫ etiā
pecorꝫ corporeis oculis ꝓ
palatū. Et iſtā pluuiā qua
fruct⁹ gignunt̄ q̄ ad refe=
ctionē corꝑis dati ſunt: qꝺ
ꝓbabili⁹ ītelligi exiſtimo:
vt ille ſol ſpiritalis nō oria
tur niſi bonis ⁊ ſanctis. qꝛ
hoc ipm̄ eſt qꝺ plāgūt iniq̄
in illo libro q̄ ſapīa ſalomo
nis inſcribit̄ ſapīe. v. et ſol
nō ortus eſt nobis. Et illa
pluuia ſpiritalis nō irrigꝫ
niſi bonos qꝛ malos ſigni=
cauit vinea de q̄ dictum eſt
iſaie. v. mādabo nubib⁹ me
is ne pluāt ſuꝑ eā. ſed ſiue
hoc ſiue illud ītelligas ma
gna dei bonitate fit q̄ nob
imitanda eſſe p̄cipit̄: ſi filij
dei eſſe volum⁹. Quātū ei
hui⁹ vite ſolatiū afferat lux
iſta viſibilis ⁊ pluuia corꝑa
lis. quis tā ingrat⁹ ē vt nō
ſentiat: qꝺ ſolatiū videm⁹
et iuſtis in hac vita ⁊ pctō
ribus cōmuniter exhiberi.
Nō aūt ait qui facit ſolem

oriri ſup bonos et malos:
ſʒ addidit ſuū.i.quē ipe fe-
cit atq; ꝯſtituit:⁊ a nllo ali
q̄d ſumpſit vt faceret ſicut
in geneſi geñ.i.de oībus lu
minaribus ſcribit:q̄ ꝓprie
pōt dicere ſua eſſe oīa: que
de nihilo creauit:vt hic ad
moneremur quāta libera-
litate inimicis nr̄is ex p̄ce
pto ei⁹ p̄ſtare debeamus q̄
nos nō creauim⁹ ſʒ mune-
rib⁹ eis accepim⁹. Quis
autē poteſt vel paratus eē
ab infirmis iniurias ſuſti-
nere:quātū eoꝝ ſaluti pro
deſt ⁊ malle ampli⁹ iniq̄ta
tis aliene vim ꝑpeti: q̄ȝ id
qd̄ ꝑpeſſus eſt reddere om
ni petēti a ſe aliquid vel id
qd̄ petit ſi habet. ⁊ ſi recte
dari pōt vel cōſiliū bonū vl
beniuolū animū dare. nec
ſe auertere ab eo qui mutu
are cupit:diligere īimicos
benefacere eis q̄ ſe oderūt
orare ꝓ eis q̄ ſe pſequunt:
Quis ḡ hec facit niſi ple-
ne pfecteq; miſericors: q̄
vno ꝯſilio miſeria deuitat:
opitulāte illo q̄ ait mat.ix.
et mat.xij. Miſcdiam volo
magis q̄ȝ ſacrificiū. Btī ḡ
miſericordes qꝛ ipoꝝ miſe
rebit. Sed iā cōmode fieri
puto vt h lector tā lōgo vo
lumie fatigat⁹ reſpiret ali
q̄ntulū:⁊ ad cetera ſe refi-
ciat alio libro cōſiderāda.

## Liber ſecūd⁹. Cap.i.

Iſericordiā vſq;
ad cui⁹ tractatio
nē lib p̄m⁹ termi
nū accepit. ſeqt
cordis mūdatio:vn̄ iſte ſu-
mit exordiū. Cordis āt mū
datio ē tāq̄ȝ ocul⁹ q̄ videt
de⁹: cui ſimplic' hūdi tātā
curā eē oportꝫ: q̄ȝ tā ei⁹ rei
dignitas flagitat: q̄ tali ocu
lo ꝯſpici pt: huic aūt oculo
mag̃ ex pte mūdato diffici
le ē nō ſubripe ſordes aliq̄s
de his reb⁹ q̄ ipas bonas
nr̄as actiōes comitari ſo-
lēt veluti ē laus hūana. Si
q̄dē n̄ recte viuē ꝯnicōſū ē.
recte āt viuē ⁊ nolle lauda
ri:q̄d ē alud q̄ȝ inimicū eē
reb⁹ humanis:q̄ vtiq; tan
to ſunt miſeriores quanto
minus placet recta vita

hoim. Si ergo inter quos viuis te recte viuētē nō laudauerit: illi in errore ſunt. Si aūt laudauerit tu i piculo es: niſi tā ſimplex cor habueris ⁊ mundū: vt ea q̄ recte facis non ꝓpter laudes hoim facias: magiſq; illis recta laudātib⁹ gratulaueris: quib⁹ id qđ bonū ē placet q̄ tibi: niſi recte viuis etiā ſi nemo laudaret. Ipamq; laudē tuā tūc itelligas vtilē eſſe laudātib⁹: ſi nō teipm in tua bona vita: ſed deū honorēt: cuius ſanctiſſimū tēplū ē quiſq̄s viuit bene. vt illud impleat qđ ait dauid. ps. xxxiij. In dn̄o laudabit aīa mea: audiant mites ⁊ iocūdent. Pertinet ergo ad oculū mūdū nō ītueri recte faciēdo laudes hoim: ⁊ ad eas referre qđ recte facis. id ē. ꝓpterea recte facere aliq̄d vt hoib⁹ placeas. Sic enī etiā ſimulare bonū libebit ſi nō attēdit niſi vt hō laudet. Qui qm̄ videre cor non pōt: pōt etiā falſa laudare. Qđ qui faciūt. id ē q̄ bonitatē ſimulāt: duplici corde ſunt. Nō ergo habet ſimplex cor. id eſt. mūdū cor: niſi q̄ trāſcendit humanas laudes. ⁊ illū ſolū intuet cū recte viuit ⁊ ei placere nitit qui cōſcientie ſolus inſpector ē. de cuius cōſciētie puritate quicquid ꝓcedit: tanto eſt laudabilius quāto humanas laudes minus deſiderat.

Capitulū. ij.

c Auete ergo inquit facere iuſticiā veſtrā corā hoibus vt videamini ab eis. id ē cauete hoc aīo iuſte viuere ⁊ ibi conſtituere bonū vr̄m vt vos videant hoies. Alioq̄n mercedē nō habebitis apud pr̄em vr̄m qui in celis eſt. Nō ſi ab hominib⁹ videamini: ſ; ſi propterea iuſte viuatis vt ab hoibus videamini. Nā vbi erit qđ in principio ſermonis huius dictū ē. Vos eſtis lumē mūdi Nō pōt ciuitas abſcōdi ſupra mōtē ꝯſtituta. neq; accēdūt lucernā et ponūt eā ſub modio: ſed ſu

per cādelabrū vt luceat oī
bus qui in domo ſunt. Sic
luceat lumē vr̄m corā hoi=
bus vt videant bona facta
vr̄a. Sed nō ibi finē conſti=
tuit. Addidit enī. et glori=
ficēt patrē vr̄m qui in celꝭ ē
hic aūt qꝛ hoc rep̄hēdit ſi
ibi ſit finis recte factoꝝ: id
eſt: ſi ꝓpterea recte facia=
mus vt tantū videamur ab
hoib⁹. poſtea q̄ dixit: caue
te facere iuſticiā vr̄am co=
rā hoib⁹ vt videamī ab eis
nihil addidit. in q̄ apparet
nō hoc eū ꝓhibuiſſe vt re=
cte fiat corā hoib⁹ ſꝫ ne ob
id forte recte fiat corā hoi
bus vt videamur ab eis: id
eſt: vt hoc intueamur ⁊ ibi
finē nr̄i ꝓpoſiti collocem⁹
Nā ⁊ ap̄ls dicit ad gala. i.
Si adhuc hoib⁹ placerem
chriſti ſeru⁹ nō eſſem. cum
alio loco dicat. i. coꝝ. x. pla=
cete oībus ꝑ oīa: ſicut ego
oībus ꝑ oīa placeo. Quod
qui nō intelligūt: ꝯtrariuꝫ
putāt: cū ille ſe dixerit non
placere hoībus: qꝛ nō ideo
recte faciebat vt placeret

hoībus: ſed vt deo ad cui⁹
amorē corda hoīm volebat
ꝯuertere eo ipſo q̄ placebat
hoib⁹. Itaqꝫ ⁊ nō ſe place=
re hoib⁹ recte dicebat: qꝛ
in eo ipſo vt deo placeret in
tuebat̄: ⁊ placēdū eſſe oīb⁹
recte ꝑcipiebatur. Nō vt
hoc appeteret̄ tanq̄ mer=
ces recte factoꝝ: ſed qꝛ deo
placere nō poſſet qui nō ſe
his q̄s fieri ſaluos vellet p̄
beret imitādū. Imitari au
tē illū qui ſibi nō placuerit
nullo pacto quiſq̄ pōt. Si=
cut ergo nō abſurde loq̄re
tur qui diceret in hac op̄a
qua nauē quero nō nauem
quero ſed patriā. ſic ap̄ls
ꝯueniēter dicerꝫ ad gal. i.
in hac op̄a qua homīb⁹ pla
ceo nō hoib⁹ ſꝫ deo placeo.
qꝛ nō hoc appeto: ſꝫ ad id
refero vt me imitent̄ quos
ſaluos fieri volo: ſicut dicit
de oblatiōe q̄ fit in ſanctos
nō qꝛ q̄ro datū ſꝫ iq̄ro fru=
ctū. i. q̄ q̄ro datū vr̄ꝫ nō hoc
quero ſed fructū vr̄m. Hoc
enī iudicio apparere pote=
rat q̄ntū ꝓfeciſſent in deū

cũ id libẽter facerẽt: qđ nõ ꝓpter gaudiũ de muneribus ſed ꝓpter cõionẽ charitatis ab eis querebatur. Quãq̃ ⁊ cuȝ addit ⁊ dicit alioquĩ mercedẽ nõ habebitis apud patrẽ vr̃m q̃ in celis ẽ: nihil aliud demonſtrat niſi id nos cauere oportere: ne hũanã laudẽ ꝓ nr̃oꝝ opm mercede q̃ram⁹ id eſt: ea nos btõs effici arbitremur.

Capl̃m. iiij.

[e]Um ergo facis elemoſinã inquit noli tuba canere ante te ſicut hypocrite faciũt in ſinagogis ⁊ in vicis vt glorificent̃ ab hoĩb⁹. Noli inq̃t ſic velle innoteſcere ſicut hypocrite. Manifeſtũ eſt aũt hypocritas non qđ oculis p̃tendũt hoĩm id etiã corde geſtare. Sũt eni hypocrite ſimulatores tanq̃ ꝓnunciatores pſonaꝝ alienaꝝ ſicut in theatricis fabulis. Non enĩ q̃ agit partes agamenonis in tragedia: vbi gr̃a ſiue alicui⁹ alteri⁹ ad hyſtoriã vel fabulã q̃ agit̃ ptinẽ tis: vere ipe eſt: ſed ſimulat eũ: ⁊ hypocrita dicit̃. Sic i eccl̃ia vel ĩ oĩni vita hũana q̃ſq̃s ſe vult videri qđ nõ ẽ: hypocrita eſt. Simulat eni iuſtũ: nõ exhibet. q2 totum fructũ in laude hoĩm põit. Quã pñt etiã ſimulantes pcipe dũ fallũt eos q̃b⁹ vident̃ boni ab eiſq̃ laudantur. ſȝ tales ab inſpectore deo mercedẽ nõ accipiunt: niſi fallacie ſupplicium. ab hoĩb⁹ aũt pceperunt inq̃t mercedẽ ſuã. Rectiſſimeq̃ his dicet̃. Recedite a me opariĳ doloſi. nomẽ eĩ meũ habuiſtis: ſȝ opa mea nõ feciſtis. Illi ḡ accepert̃ mercedẽ ſuã: q̃ nõ ob aliud elemoſinã faciũt niſi vt glorificent̃ ab hoĩb⁹: ſȝ ſi iđ faciunt vt glorificent̃ vt ſupi⁹ tractatũ eſt. laus eni hũana nõ appeti a recte facien te: ſȝ ſubſeq̃ debet recte facietẽ vt illi ꝓficiãt q̃ etiaȝ imitari pñt qđ laudãt. non vt hic putet aliq̃d eos ſibi ꝓdeſſe quẽ laudãt.

Capl̃m. iiij.

t Te autē faciēte elemo
ſinam: nō ſciat ſiniſtra
tua q̄d faciat dextera tua.
Si intellexeris ſiniſtrā inſi
deles dici: videbit̄ nulla eē
culpa placere velle fideli=
bus. Cū proꝛſus nihilomi=
nus in quoꝛūlibet hominū
laude fructū et finem boni
opis cōſtitue̅ ꝓhibeamur.
Nō aūt ad id ꝑtinet: vt te
imitent̄ q̄bus recte facta
tua placuerint: nō tm̄ fide=
lib⁹ ſꝫ etiā infidelib⁹ exhi=
bēdū eſt: vt laudādis bōis
opib⁹ nr̄is deū honoꝛēt et
veniāt ad ſalutē. Si aūt ſi=
niſtrā īimicū putaueris: vt
neſciat inimic⁹ cū elemoſi
nā facis: cur ip̄e dn̄s inimi
cis iudeis circūſtātib⁹ mi
ſericoꝛdit̄ ſanauit hoīes?
Cur ap̄ls petrus actu. iij.
ſanato eo quē ad poꝛtā ſpa
cioſam debilē miſerat⁹ eſt.
etiā iras inimicoꝝ in ſe at=
q̄ i alios chꝛiſti diſcipulos
ꝑtulit. deinde ſi nō opoꝛtet
ſcire inimicū cū elemoſinā
facim⁹ quō cū ip̄o inimico
faciem⁹ vt illud impleam⁹
p̄ceptū ad roma. xij. Si eſu
rierit inimic⁹ tuus ciba il
lum. ſi ſitinerit potū da illi.
Tercia ſolet eſſe carnaliuꝫ
opinio tā abſurda ꝛ riden=
da: vt nō eā cōmemoꝛarem
niſi expertus eſſem non pau=
cos eo erroꝛe detineri qui
dicūt ſiniſtre nomie vxoꝛē
ſignificari: vt q̄m in re fa=
miliari tenacioꝛes pecuni
arū ſolent eſſe femine: late
at eas cum aliquid egenis
miſericoꝛditer impendunt
viri earū propter domeſti=
cas lites. Quaſi vero ſoli
viri chꝛiſtiani ſint: ꝛ hoc p̄
ceptū etiā feminis datum
nō ſit. Cui ergo ſiniſtre iu=
betur: femīa occultare op⁹
miſericoꝛdie ſue? An etiaꝫ
vir ſiniſtra erit femine? q̄d
abſurdiſſime dicit̄. aut ſi q̄s
piam putat inuicē ſibi ſini=
ſtros eſſe ſi ab altero ita e=
roget̄ aliquid de re familia
ri vt ſit contra alteri⁹ vo=
luntatē. nō erit chꝛiſtianū
tale coniugiū. Sed neceſſe
eſt vt quiſquis eoꝝ elemo
ſinam facere voluerit ex

pcepto dei: quecunq; aduersum habuerit inimic⁹ sit p cepto dei: ꝛ ideo inter infideles deputetur. Preceptū est āt de talib⁹ vt bona ſua cōuerſatione ac morib⁹ lucrifaciat ſuā vxorē marit⁹ fidelis vel maritū mulier fidelis. Quapropter nō ſibi debēt occultare bona opa ſua quib⁹ inuitādi ſunt ad inuicē: vt alter alterū poſſit ad chriſtiane fidei cōionem inuitare. Nec furta facienda ſunt vt pmereatur deus. Qd ſi occultādū eſt aliqd q diu alteri⁹ infirmitas equo animo id nō pōt ſuſtinere: qd tn̄ nō iniuſte atq; illicite fit: nō tn̄ ipam nunc ſiniſtrā ſignificari toti⁹ capituli cōſideratiōe facile apparet in q ſimul inuenietur quā ſiniſtram vocet.

Capłm.v.

C Auete inqt facere iuſticiā vr̄am corā hoībus vt videami ab eis: alioquin mercedem nō habebitis apud patrē vr̄m qui in celis eſt. Generaliter h iuſticiā noīauit: deinde particulariter exequitur. Eſt enim pars aliqua iuſticie: op⁹ qd p elemoſinā fit: ꝛ ideo cōnectit dicēdo. Cū ergo facis elemoſinā: noli tuba canere ante te ſicut hypocrite faciūt in ſynagogis ꝛ in vicis vt glorificentur ab hoīb⁹ ad hoc reſpicit qd ſupius ait: cauete facere iuſticiam vr̄am corā hoīb⁹ vt videamini ab eis. Qd aūt ſequitur Amen dico vobis: pcepe-rūt mercedē ſuā. Ad illud reſpicit quod ſupra poſuit. alioquin mercedē nō habebitis apud patrē vr̄m qui in celis eſt. Deinde ſequitur. Te aūt faciēte elemoſinam cū dicit. te aūt: quid alid dicit q nō quō illi: Quid ergo mihi iubet? Te āt inqt faciēte elemoſinā: nō ſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Ergo illi ſic faciunt: vt ſciat ſiniſtra eorū qd faciat dextera eorū. Qd igitur in illis culpatū eſt: hoc tu facere vetaris. In illis aūt hoc culpatū eſt: quod

ita faciūt vt laudes hoīm querāt. Quapropter nihil cōſequētiꝰ ſiniſtra videtur ſignificare: ꝙ ipaꝫ delectationē laudis. dextera aūt ſignificat intētionē implēdi ꝑcepta diuina. Cū itaqꝫ cōſciētie faciētis elemoſinaꝫ miſcet ſe appetitio laudis humane: fit ſiniſtra cōſcia opis dextere. Neſciat ḡ ſiniſtra tua ꝗd faciat dextera tua: id eſt: nō ſe miſceat cōſciētie tue laudis hūane appetitio. cū in elemoſina faciēda diuinū ꝑceptū contendis implere. Ut ſit elemoſina tua in abſcondito. Quid eſt in abſcōdito: niſi in ipā bona cōſciētia q̄ humanis oculis demonſtrari nō pōt: nec verbis aperiri. quādoquidē multi multa mentiunt. Quapropter ſi dextra intrīſecꝰ agit ī abſcōdito: ad ſiniſtrā ꝑtinent exteriora oīa q̄ ſunt viſibilia ⁊ tꝑalia. Sit ergo elemoſina tua in ipā cōſciētia tua: vbi multi elemoſinam faciūt bona volūtate. etiā ſi pecuniā vel ſi quid ē aliꝰ qđ inopi largiendū eſt non habēt. Multi aūt foris faciūt ⁊ intus nō faciūt. q̄ vel ambitione vel alicuiꝰ tꝑalis rei gratia: volūt miſericordes videri: in quibꝰ ſola ſiniſtra oꝑari exiſtimanda eſt. Itē alij quaſi mediū inter vtroſqꝫ locū tenēt: vt et intētione q̄ in deū eſt elemoſinā faciāt ⁊ tñ inſerat ſe huic optime volūtati nōnulla etiā laudis vel cuiuſqꝫ rei fragilis ⁊ tꝑalis cupiditas. Sed dñs multo vehemētiꝰ ꝓhibet ſolam ſiniſtrā in nobis oꝑari. qñ etiā miſceri eā vetat opibꝰ dextre vt ſcꝫ nō mō ſola tꝑalium rerꝝ cupiditate caueamus elemoſinā facere. ſed nec ita in hoc oꝑe attendamus deū: vt ſeſe miſceat vel adiūgat exteriorꝝ appetitō cōmodorꝝ. Agit eñ de corde mūdo: qđ niſi fuerit ſimplex mūdū nō erit. Sīplex aūt quō erit ſi duobꝰ dñis ſeruiet. Nec vna intētione rerꝝ eternarꝝ purificat aciē

ſuã:ſed eã mortaliũ quoqꝫ
fragiliũ ꝙꝫ rerũ amore ob=
nubilat. Sit ergo elemoſi=
na tua in abſcondito: ⁊ pať
tuꝰ qui videt in abſcõdito
reddet tibi. Rectiſſime om
nino ⁊ veriſſime. Si enĩ ꝓ=
miũ ab eo expectas ꝙ̃ ↄſciẽ
tie ſolꝰ inſpector eſt ſuffici
at tibi ad ꝓmerẽdũ ꝓmiũ
ip̃a ↄſciẽtia. Multa latina
exẽplaria ſic habẽt. Et pať
tuꝰ qui videt in abſcondito
reddet tibi palã. Sꝫ qꝛ in
grecis ꝙ̃ priora ſunt nõ in=
uenimꝰ palã: nõ putauimꝰ
hinc eſſe aliqͩ diſſerendũ.

Capitulum vi.

e T cũ oratis inqͭ non
eritis ſicut hypocrite
qui amãt ſtare in ſinagogꝭ
et in angulis plateaꝝ ſtan
tes orare vt videanť ab ho
minibꝰ. Necꝫ hic videri ab
hoĩbus nefas eſt: ſed iõ
hec agere vt videaris ab
hoĩbꝰ. Et ſupfluo totiens
eadẽ dicunť: cũ ſit iam vna
regula cuſtodienda. Qua
cognitũ eſt: nõ ſi hec ſciant
hoĩes formidandũ eſſe aut
fugiendũ. Sed ſi hoc aĩo fi
ant vt fructus in eis expe=
cteť placendi hoĩbꝰ. Ser=
uat etiã ip̃e dñs eadẽ ver=
ba cũ adiũgit ſimiliter. A=
men dico vobis ꝑceperunt
mercedẽ ſuã. Hinc oſtẽdẽs
id ſe ꝓhibere vt ea merces
appetať: qua gaudẽt ſtulti
cũ laudanť ab hoĩbꝰ. Uos
aũt cũ oratis inqͭ: introite
in cubicula vr̃a. Que ſunt
iſta cubicula niſi ip̃a corda
ꝙ̃ in pſalmo etiã ſignifican
tur vbi diciť pſ. iiij. que di
citis in cordibus vr̃is ⁊ in
cubilibꝰ veſtris cõpugimi.
Et claudentes oſtia orate:
ait: patrẽ vr̃m in abſcõdito
Parũ eſt intrare in cubi=
cula ſi oſtiũ pateat impor=
tunis: ꝑ qđ oſtiũ ea que fo
ris ſunt improbe ſe immer
gũt ⁊ interiora nr̃a appe=
tũt. Foris aũt eſſe diximꝰ
oĩa tp̃alia et viſibilia que ꝑ
oſtiũ: id eſt: ꝑ carnalẽ ſenſũ
in cogitatiões nr̃as pene=
trãt: ⁊ turba vanoꝝ fantaſ
matũ oratibꝰ obſtrepunt.
Claudendũ eſt ergo oſtiũ:

id eſt carnali ſenſui reſiſtē=
dū eſt: vt orō ſpiritalis di=
rigat ad patrē q̄ ſit in inti=
mis cordis vbi orat pater
in abſcōdito. Et pater inqt
veſter q̄ videt in abſcōdito
reddet vobis. Et hoc tali
clauſula terminandū fuit.
Nō eni hoc monet nūc vt
orem⁹: ſed quō orem⁹. neqꝫ
ſup⁹ vt faciam⁹ elemoſinā
ſꝫ quo aīo faciam⁹ qm̄ de
corde mūdādo p̄cipit: q̄d n̄
mūdat niſi vna et ſimplex ī
tētō eternā vitā ſolo ⁊ puro
amore ſapiētie. Ca. vij.

O rātes aūt nolite ait:
multiloqui eſſe ſicut
ethnici arbitrant̄ eni q̄ in
multiloquio ſuo exaudiant̄.
Sicut hypocritar̄ ē p̄bere
ſe ſpectālos in orōne q̄rū
fruct⁹ ē placere hoīb⁹. ita
ethnicor: id eſt: gentiliū in
multiloq̄ ſe putare exaudi
ri. Et reuera oē multiloq̄uz
a gētilib⁹ venit: q̄ exercen=
de lingue poti⁹ q̄ꝫ mūdando
aīo dāt operā. Et hoc nuga
torij ſtudij gen⁹ etiā ad de
um p̄ce flectēdū trāſferre
conāt̄: arbitrātes ſic hoīez
iudicē v̄bis adduci ī ſniā.
Nolite itaqꝫ ſiles eſſe illis
dic̄ vn⁹ ⁊ ver⁹ mgr̄. Scit eī
pr̄ vr̄ q̄d vob neceſſariū ſit
anteq̄ꝫ petatis ab eo. Si eī
v̄ba multa ad id p̄ferunt vt
inſtruat̄ ⁊ doceat̄ ignarus:
q̄d eis op⁹ ē ad rem oīm co
gnitorē cui oīa q̄ ſūt: eoipo
q̄ ſūt loquunt̄: ſeſeqꝫ īdicāt
facta ⁊ ea q̄ vētura ſūt: ei⁹
artē ſapiamqꝫ nō latēt in q̄
ſūt: ⁊ q̄ trāſeūt ⁊ q̄ trāſitura
ſūt: oīa p̄ntia ⁊ nō trāſeūtia
Sꝫ qm̄ q̄uis pauca tn̄ v̄ba
et ipe dictur⁹ ē: q̄b⁹ nos do
ceat orare. Queri pōt cur
vl his paucis v̄bis op⁹ ſit
ad eū q̄ ſcit oīa anteq̄ꝫ fiāt.
et nouit vt dictū ē: q̄d nob
neceſſariū ſit anteq̄ꝫ peta=
mus ab eo. Hic p̄mo r̄ndet
nō v̄bis nos agē debere a=
pud deū vt īpetrem⁹ q̄d vo
lum⁹ ſꝫ reb⁹ q̄s aīo gerim⁹
intētiōe cogitatiōis cū di=
lectiōe pura ⁊ ſimplici affe
ctu. Sꝫ ipas res v̄bis nos
docuiſſe dn̄m nr̄m q̄b⁹ me
morie mādatis: eas ad tps

orandi recordem⁹. Sz rur
ſus queri pōt ſiue rebus ſi
ue verbis orandū ſit. quid
opus ſit ipa oratiōe ſi deus
iā nouit quid nobis ſit ne=
ceſſariū: niſi qꝛ ipa orōnis
intētio cor nr̄m ſerenat et
purgat capaci⁹ ꝗ efficit ad
excipienda diuina munera
que ſpūaliter nobis infun=
dunt. nō enī ambitiōe pre=
cū nos exaudit de⁹ qui ſp ē
parat⁹ dare ſuā lucē nobis
nō viſibilē ſed intelligibilē
et ſpiritalē: ſed nos nō ſem
per ſum⁹ parati accipe: cū
inclinamur in alia: ⁊ reruz
tpaliū cupiditate tenebra
mur. Fit ergo in orōne cō
uerſio cordis ad eū qui ſp
dare parat⁹ ē: ſi nos capia
mus quod dederit. ⁊ in ipa
cōuerſione purgatio inte=
rioris oculi: cū excludunt
ea q̄ tpaliter cupiebantur:
vt acies ſimplicis cordis
ferre poſſit ſimplicē lucem
diuinitus: ſine vllo occaſu:
aut immutatiōe fulgentē.
Nec ſolū ferre ſed etiā ma
nere in illa: nō tm̄ ſine mo=
leſtia ſz etiā cum ineffabili
gaudio: quo vere ac ſince=
riter beata vita pficit.

Capitm. viij.

S Ed iam cōſiderādum
eſt q̄ nos orare ille p̄=
ceperit p quē ⁊ diſcim⁹ q̄d
orem⁹ ⁊ cōſeqmur qd ora=
mus. Sic itaq; vos orate i
quit. [oratio dn̄ica.] Pa=
ter noſter q̄ es in celis: ſan
ctificet nomē tuū: aduen=
at regnū tuū: fiat volūtas
tua ſicut in celo ⁊ in terra.
panē noſtrū quotidianum
da nobis hodie: et dimitte
nobis debita noſtra ſcut ⁊
nos dimittim⁹ debitorib⁹
noſtris. et ne nos inferas i
tentationē: ſed libera nos
a malo.] Cū in omī pcatio
ne beniuolētia pciliāda ſit
ei⁹ quē depcamur: deinde
dicēdū quid depcemur lau
de illi⁹ ad quē orō dirigit:
ſolet beniuolētia cōciliari.
et hoc in orōnis principio
poni ſolet. in quo dn̄s nr̄ ni
hil aliud nos iuſſit dicē ni=
ſi pater noſter qui es in ce=
lis. Multa enī dicta ſunt i

laudē dei q̄ per oēs ſāctas
ſcripturas varie lateqꝫ dif
fuſa poterit quiſqꝫ cōſide=
rare cū legit. nuſq̄ tñ inue
nit̄ ꝑceptū populo iſrael vt
diceret pater noſter. aut vt
oraret patrē deū: ſed dñs
eis inſinuat᷒ eſt tanq̄ ſer=
uientib᷒: id eſt: ſcd̄m carnē
adhuc viuētib᷒. hoc aūt di
co cū mādata legis accipe
rent que obſeruare iubebā
tur. Nā ꝓphete ſepe oſten
dūt eundē dñm deū etiam
patrem eoꝝ eſſe potuiſſe: ſi
ab ei᷒ mādatis nō aberra=
rēt. Sicuti eſt illud .i. cori:
iiij. filios genui ⁊ exaltaui.
ipi aūt ſpreuerūt me. Et il
lud. ego dixi dij eſtis: ⁊ filij
excelſi: vos aūt ſicut hoīes
moriemini ⁊ ſicut vnus ex
ꝑncipalib᷒ cadet: pſ. lxxxi.
Et illud malach .i. Si dñs
ſum vbi eſt timor me᷒. et ſi
pater ſuꝫ: vbi eſt honor me
us? Et alia ꝑmulta vbi ar=
guunt̄ iudei: q̄ filij eē: pec=
cādo noluerunt. Exceptis
eis q̄ in ꝓphetia dicunt̄ de
futuro poplō chriſtiano q̄
patrē deū eſſet habiturus:
ſc̄m illud euāgelicum ioh. i.
dedit illis poteſtatē filios
dei fieri. Apl's aūt paulus
ad gal. iiij. dicit: q̄diu he=
res paruul᷒ eſt nihil diſtat
a ſeruo. Et ſpm̄ adoptōnis
nos accepiſſe cōmemorat.
in quo clamam᷒ abba pat̄.
Et qm̄ q̄ vocamur ad eter
nā hereditatē vt ſim᷒ chri
ſti coheredes: ⁊ in adoptio
nē filioꝝ veniam᷒: nō ē me
ritoꝝ noſtroꝝ ſꝫ gratie dī.
Eandē ipam grām in orō=
nis ꝑcipio ponim᷒ cū di=
cim᷒ pater noſter. Quo no
mine ⁊ charitas excitatur.
Quid enī chari᷒ filijs debet
eſſe q̄ pater? Et ſupplex af
fectus cū hoīes dicūt deo:
pater noſter. Et q̄dā ꝑſum
ptio impetrādi q̄ petituri
ſum᷒. cū ꝑuſq̄ aliquid pe=
terem᷒ tā magnū donū ac=
cepim᷒ vt ſinamur dicē pa
ter noſter deo. Quid enim
nō det iā filijs petētib᷒ cū
hoc ipm ante dederit vt fi=
lij eſſent? Poſtremo quan
ta cura animū tāgit vt qui

dicit pater nr̄: tãto pr̄ e nõ ſit indign⁹. Si ei q̄ſq̄ plebeius ſenatorẽ grãdioris etatis ab eoipõ ꝑmittatur patrem vocare: ſine dubio trepidabit: nec facile audebit cogitãs hũilitatẽ generis ſui: ⁊ opũ indigẽtiam: et plebeie ꝑſone vilitatez. Quãto ergo magis trepidãdũ eſt appellare patrem deũ: ſi tãta ẽ labes tantaq̄ ſordes in morib⁹: vt multo iuſti⁹ eas a ſua ꝯiũctiõe deus expellat q̄ ille ſenator cuiuſuis mẽdici egeſtatẽ? Nũquidẽ ille hoc cõtẽnit in mẽdico: q̄ ⁊ ipe põt hũanaꝝ reꝝ fragilitate deueni re. de⁹ aũt in ſordidos mores nunq̄ cadit. ⁊ gr̄as miſericordie ipi⁹ q̄ hoc a nob exigit vt pat̄ nr̄ ſit q̄d nullo ſumptu ſed ſola bona volũtate cõparari p̄t. Admonent̄ etiã hic diuites vl̄ genere nobiles ſcd̄m ſeculũ: cũ chriſtiani facti fuerint nõ ſuꝑbire adũſus pauꝑes et ignobiles. q̄m ſimul dicũt deo pr̄ nr̄. q̄d nõ poſſũt vere ac pie dicẽ: niſi ſe fratres eſſe cognoſcant.

Capl̄m. ix.

Vtatur ergo voce noui teſtamẽti ꝑp̄l's nouus ad eternã hereditatẽ vocat̄ ⁊ dicat. pr̄ nr̄ q̄ es in celis: id eſt: in ſanctis et iuſtis. Nõ enĩ ſpacõ locoꝝ cõtinet̄ de⁹. Sũt aũt celi excellẽtia q̄dẽ mũdi corꝑa: ſ; tñ corꝑa q̄ nõ p̄nt eſſe niſi ĩ loco. S; ſi ĩ celis tanq̄ ĩ ſuꝑiorib⁹ mũdi partib⁹ loc⁹ dei eſſe creditur: melioris meriti fiunt aues: quarum vita eſt deo vicinior. Non aũt ſcriptũ eſt. ꝓpe eſt dñs excelſis hoĩb⁹ aut eis q̄ in mõtib⁹ habitãt. ſ; ſcriptũ eſt pſ. xxxiij. ꝓpe ẽ dñs obtritis corde q̄d magis ꝑtinet ad hũilitatẽ. S; queãdmodũ terra appellatus eſt pctõr cũ ei dictũ ẽ geñ. iij. terra es ⁊ in terrã ibis. ſic celũ iuſtos econtrario dici põt. Juſtis enĩ dicit̄. i. corĩ. iij. tẽplũ eĩ dei ſctm̃ eſt q̄d eſtis vos. Quapropter ſi ĩ tẽplo ſuo habitat de⁹ ⁊ ſan

cti templū eius ſunt: recte
dicit: qui es in celis: q̄ eſt ī
ſanctis. Et accōmodatiſſi-
ma iſta ſimilitudo ē: vt ſpi-
ritaliter tm̄ itereſſe videa
tur inter iuſtos ⁊ pctōres.
q̄ntum corꝑaliter inter ce
lum ⁊ terrā. Cuiꝰ rei ſigni
ficāde grā: cū ad orōnē ſta
mus ad oriētē vtimur: vn
de celū ſurgit. nō tanq̄ ibi
habitet deꝰ: quaſi ceteras
mundi ꝑtes deſeruerit qui
vbiqꝫ p̄ſens ē: nō locoꝝ ſpa
cijs: ſʒ maieſtatis potentia
ſʒ vt admoneat animus ad
naturā excellētiorē ſe con
uertere: id eſt: ad deū: cum
ipm corpꝰ qd terrenū ē ad
corpꝰ excellētiꝰ: id ē ad cor
pus celeſte cōuertit. Cōue
nit etiā gradibꝰ religionis
et plurimū expedit: vt oīm
ſenſibꝰ ⁊ paruulorū et ma-
gnoꝝ bene ſentiat de deo.
Et ideo q̄ viſibilibꝰ adhuc
pulchritudinibꝰ dediti ſūt:
nec poſſunt aliq̄d incorpo-
reū cogitare. qm̄ neceſſe ē
celū p̄ferāt terre. tolerabi
lior opinio eoꝝ ſi deū quez
adhuc corꝑaliter cogitant
in celo potiꝰ credāt eſſe q̄
in terra: vt cū aliq̄n cogno
uerīt dignitatē aīe: celeſte
etiā corpꝰ excedere: magis
eū querāt ī aīa q̄ in corꝑe
etiā celeſti. Et cū cognoue
rint q̄ntū diſtet inter pctō
rum aīas ⁊ iuſtoꝝ. ſicut nō
audebāt cū adhuc carnali
ter ſaperēt in terra eū col-
locare ſed ī celo. ſic poſtea
meliori fide vel intelligen
tia magis eū in animis iu
ſtoꝝ q̄ in peccatoꝝ req̄rāt
Recte ḡ intelligitur qd di
ctū eſt. pater nr̄ q̄ es in ce-
lis, in cordibꝰ iuſtoꝝ eſſe di
ctū tanq̄ in templo ſancto
ſuo. Simul etiā vt q̄ orat: ī
ſe quoqꝫ ipo velit habitare
quē inuocat. Et cū hoc af-
fectat: teneat iuſticiā: quo
munere inuitat ad inhabi-
tādū animū deus.

Capl̄m. x.

i Am videamꝰ que ſint
petenda. Dictū ē eni
q̄ ſit q̄ petit et vbi habitat.
Primū autē omniū q̄ pe-
tūt: hoc ē: ſanctificet nomē

tuū. Qđ nō ſic petit quaſi nō ſit ſanctū nomē dei: ſed vt ſanctū habeat ab homi bus.i. ita illis īnoteſcat de us: vt nō exiſtimēt aliqd ſā ctius qđ magis offendere timeāt. Neq enī q2 dictū eſt. notus in iudea deus. in iſrael magnū nomē ei9. ſic intelligendū eſt quaſi alibi minor ſit de9 & alibi maior. ſed ibi magnū eſt nomē ei9 vbi pro ſue maieſtatis ma= gnitudine nomiāt. Ita ibi dicit ſanctū nomen ei9 vbi cū veneratōe & offenſionis timore nomiatur. Et hoc ē qđ nūc agit dū euāgelium adhuc vſq p diuerſas gen tes innoteſcēdo cōmēdat vni9 dei nomen p admini= ſtrationez filij ei9. Deinde ſequit. Adueniat regnū tuū. Sic dn̄s ipe in euāge= lio docet: tūc futur eſſe iu= dicīj diē: cū euāgeliū pdica tū fuerit in oībus gētib9. q res ptinet ad ſanctifica= tionē nois dn̄i. Nō enim et hic ita dictū ē: adueniat re gnū tuū quaſi nūc de9 non regnet. Sed forte quis di= cat aduēiat dictū eſſe ī ter ra: quaſi vero nō ipe etiam nūc regnet in terra: ſemp q in ea regnauerit a cōſti= tutione mūdi. adueniat er go accipiēdū eſt: manifeſte tur hoībus. Queadmodū enī etiā pſens lux abſens ē cecis: et ī eis q oculos clau dūt. ita regnū dei quis nū q diſcedat de terris: tamē ignorātib9 abſens eſt. Nul li autē licebit ignorare dei regnū. cū ei9 vnigenit9 nō ſolū intelligibiliter ſed eti am viſibiliter in homīe do minico de celo venerit iu= dicaturos viuos & mortu= os. Poſt qđ iudiciū: id eſt: cū diſcretio & ſepatio iuſto rū ab iniuſtis facta fuerit. ita inhabitabit iuſtos de9: vt nō opus ſit queq doce= ri p hoīem ſed ſint oēs vt ſcriptū eſt: docibiles deo. deinde beata vita omni ex parte pficit in ſanctis ī et nū: ſicuti nūc celeſtes ange li ſanctiſſimi atq beatiſſi= mi deo ſolo illuſtrāte ſapiē

tes: ⁊ beati ſūt. q2 ⁊ hoc ꝓ miſit dn̄s marci.xij. ſuis in reſurrectionē. Erūt inquit ſicut angeli in celis. Et iō poſt illā petitionē qua dici mus: adueniat regnū tuū.

Capl'm.xi.

ſEquit. Fiat volūtas tua ſicut in celo et in terra. id eſt: ſicut ī angelis qui ſunt in celo fit volūtas tua: vt om̄i mō tibi adhere ant: te ꝗ pfruant: nullo er roꝛe obnubilāte ſapiētiā il loꝝ: nulla miſeria impediē te beatitudinē illoꝝ: ita fi at in ſanctis tuis qui ī ter ra ſunt. Et de terra qd ad coꝛpus attinet facti ſunt. Et ꝗuis in celeſtē habita tionē atqꝫ immutatōnē: tn̄ de terra aſſumēdi ſūt. Ad hoc reſpicit etiā illa ange loꝝ p̄dicatio: gloꝛia in ex celſis deo: ⁊ ī terra pax hoī bus bone volūtatis: vt cuꝫ p̄ceſſerit bona volūtas no ſtra que vocātē ſequit: pfi ciat in nobis volūtas dei ſi cuti ⁊ in celeſtib⁹ angelis: vt nulla aduerſitas reſiſtat noſtre beatitudini quod ē pax. Item fiat volūtas tua recte intelligit: obediatur p̄ceptis tuis. ¶ Sicut ī ce lo ⁊ in terra: id eſt: ſicut ab angelis ita ab hoīb⁹. Nam fieri voluntatē dei cū obtē perat p̄ceptis ei⁹: ipē dn̄s dic̄ Joh.iiij. me⁹ cibus ē vt faciā volūtatē ei⁹ qui me miſit. Et ſepe. nō veni facē volūtatē meā ſed volūtatē eius q̄ miſit me. Et cū ait Mar.iij. et Matt.xij. Ecce mater mea et ecce fratres mei. Et quicūqꝫ fecerit vo luntatē dei: hic mihi eſt fr̄ et mater ⁊ ſoroꝛ. Qui ergo faciūt volūtatē dei: in illis vtiqꝫ fit volūtas dei. Non q2 ipi faciūt vt velit deus: ſed q2 faciūt qd ille vult. i. faciūt ſm voluntatē eius. Eſt etiā ille intellect⁹. fiat volūtas tua ſicut in celo ⁊ in terra. Sicut in ſanctis ⁊ iuſtis ita etiā in peccatoꝛi bus. Qd adhuc duob⁹ mo dis accipi poteſt. Siue vt oꝛem⁹ etiā ꝓ inimicis no ſtris. Quid enī aliud ſunt

habēdi: cōtra quoꝝ volūta
tē christianū ⁊ catholicum
nomē auget vt ita dictū ſit
fiat volūtas tua ſicut in ce
lo ⁊ in terra: tanq̄ ſi dicere
tur: faciāt volūtatē tuā ſi-
cut iuſti ita etiam peccato
res vt ad te cōuertant. Si
ue ita. Fiat volūtas tua ſi
cut in celo ⁊ ī terra: vt ſua
cuiqꝫ tribuant: qđ fiet ex-
tremo iudicio: vt iuſtis p̄-
miū: pctōrib⁹ dānatō retri
buat: cū agni ab hedis ſe-
pabunt. Ille etiā nō abſur
dus immo ⁊ fidei ⁊ ſpei no
ſtre cōueniētiſſim⁹ intelle
ctus eſt vt celū ⁊ terrā ac-
cipiam⁹ ſpiritū ⁊ carnem.
Et qm̄ dicit apl's ad ro. vij
mēte ſeruio lege dei: carne
aūt legi pctī. videm⁹ factā
volūtatē dei in mēte: id eſt:
in ſpiritu. Cū aūt. i. cor. xv.
abſorbta fuerit mors in vi
ctoria ⁊ mortale hoc indue
rit immortalitatē. qđ fiet
carnis reſurrectiōe atqꝫ il
la īmutatiōe q̄ ꝓmittit iu-
ſtis ſm eiuſdē apl'i p̄dicatō
nē: fiet volūtas dei ⁊ in ter
ra ſicut ī celo: id eſt: vt quē
admodum ſpūs nō reſiſtit
deo ſequēs ⁊ volūtatē ei⁹:
ita ⁊ corpus nō reſiſtat ſpi
ritui vel anime: q̄ nūc cor-
pis infirmitate vexat ⁊ in-
carnalē ꝯſuetudinē ꝓna ē:
qđ erit ſumme pacis in vi-
ta eterna: vt non ſolū velle
adiaceat nobis ſꝫ etiā ꝑfi-
cere bonū. Nūc eni velle in
quit ad ro. vij. adiacet mi-
hi: ꝑficere aūt bonū. Nō q̄
nōdū in terra ſicut in celo:
id eſt: nōdū in carne ſicut ī
ſpiritu facta ē volūtas dei.
Nā ⁊ in miſeria nr̄a fit vo-
lūtas dei: cū ea patimur p
carnē q̄ nobis mortalitati
iure debent: quā peccādo
meruit noſtra natura. Sꝫ
id orādū eſt vt ſicut in celo
ita ⁊ in terra fiat voluntas
dei: id eſt: vt quēadmoduꝫ
corde delectamur legi ſm
īteriorē hoīeꝫ: ita etiā cor
immutatiōe facta. huic no
ſtre delectatōi nulla ps no
ſtra terrenis doloribus ſeu
voluptatib⁹ aduerſet. Nec
illud a veritate abhorret:

vt accipiam⁹ fiat voluntas tua ſicut in celo ⁊ in terra: ſicut in ipo dño ieſu chriſto. Ita ⁊ in eccl'ia tanq̃ in viro q̃ volũtatẽ patris impleuit: ita in femina q̃ illi deſpõſata eſt. Celũ ei ⁊ terra cõueniẽter intelligit' q̃ſi vir ⁊ femina: qm̃ terra celo fecũdãte fructifera eſt.

Capl'm. xij.

q Uarta petitio ẽ. Panẽ nr̃m quotidianum da nobis hodie. Panis q̃tidian⁹ aut ꝓ his oĩbus dictus eſt q̃ hui⁹ vite neceſſitatẽ ſuſtentãt: de quo cũ p̃ciperet ait. nolite cogitare de craſtino Mat. vi. vt ĩdõ ſit additũ: da nobis hodie. Aut ꝓ ſacramẽto corporis chriſti qđ quotidie accipimus. Aut ꝓ ſpiritali cibo: de quo idẽ dñs dicit. opamini eſcã que nõ corrumpitur. Et illud Joh. vi. Ego ſum panis vite qui de celo deſcendi. Sed hoꝝ triũ qđ ſit ꝓbabili⁹ cõſiderari poteſt. Nam forte quiſpiam moueat'. cur orem⁹ pro his adipiſcendis que huic vite ſunt neceſſaria: veluti ẽ victus ⁊ tegumentũ: cũ ipſe domin⁹ dicat Matth. vi. nolite ſolliciti eſſe quid edatis vel quid induamini. An poteſt quiſq; de ea re pro qua adipiſcenda orat nõ eſſe ſollicit⁹ cũ tanta intentione animi oratõ dirigenda ſit: vt ad hoc totũ illud referat'? quod de claudendis cubiculis dictũ eſt. Et illud quod ait. querite primũ regnũ dei ⁊ hec omnia apponent' vob. Nõ ait vtiq;: q̃rite p̃mũ regnũ dei deinde iſta q̃rite: ſ; hec omnia inquit apponent' vobis Scz etiam nõ querẽtibus. Quõ aũt recte dicat' nõ q̃rere aliq̃s quod vt accipiat: intẽtiſſime deũ dep̃cat'. neſcio vtrũ inueniri queat De ſacramẽto aũt corp̃is dñi: vt illi nõ moueãt queſtionẽ: qui plurimi in orientalibus partib⁹ non q̃tidie cene dñice cõmunicãt: cuz iſte panis q̃tidian⁹ dict⁹ ſit vt ꝙ illi taceãt neq; de hac

re ſuā ſentētiā defendant.
vel ipſa auctoritate ecclīa-
ſtica ꝙ ſine ſcādalo iſta fa-
ciūt: neqꝫ ab eis q̄ eccleſiis
ꝓſūt facere ꝓhibent̄. neqꝫ
nō obtēperātes damnant̄.
Unde ꝓbat̄ nō hūc in illis
partibꝰ intelligi quotidia
nū panē. Nā magni pecca
ti crimine arguerent̄ q̄ ex
eo quotidie nō accipiūt: ſꝫ
vt de iſtis vt dictū eſt nihil
in aliquā partē diſſeramꝰ:
illud certe debet occurre-
re cogitantibꝰ regulā nos
orādi a dn̄o accepiſſe quaꝫ
trāſgredi nō oportet vl' ad
dendo aliquid vel p̄tereun
do. Quod cū ita ſit. quis ē
qui audeat dicere ſemel tā
tū nos orare debere orōnē
dn̄icā. aut certe etiā ſi iterꝫ
vel tercio vſqꝫ ad eā tn̄ ho
ram qua corpori dn̄i cōica
mus. poſtea vero nō ſic orā
dū ꝑ reliquas partes diei:
Nō eni iā dicere poterimꝰ
da nobis hodie qđ iā acce
pimꝰ. aut quiſqꝫ poterit co
gere vt etiā vltīa diei par-
te ſacramētū illud celebre
mus? Reſtat igit̄ vt quoti-
dianū panē accipiamꝰ ſpi-
ritalē: p̄cepta ſcꝫ diuina q̄
quotidie oportet meditari
et oꝑari. Nam de ipſis dn̄s
dicit. oꝑamini eſcā que nō
corrumpit̄. Quotidianus
aūt iſte cibus nunc dicitur
ꝙdiu iſta vita temporalis
ꝑ dies decedētes ſuccedē-
teſqꝫ ꝑagit̄. ⁊ reuera ꝙdiu
nūc in ſuꝑiora nūc in infe-
riora: id eſt: nūc in ſpirita-
lia nunc in carnalia animi
affectus alternat: tanꝙ ei
qui aliqn̄ paſcit̄ cibo aliqn̄
famem patit̄ quotidie pa-
nis eſt neceſſariꝰ quo refi-
ciat̄ eſuriēs et relabēs eri-
gatur. Sicut itaqꝫ corpus
nr̄m in hac vita ante illam
immutationē cibo reficit̄:
qꝛ ſentit diſpendium: ſic ⁊
animꝰ qm̄ tp̄alibꝰ affecti-
bus quaſi diſpēdiū ab intē
tione dei patit̄ p̄ceptorꝫ ci-
bo reficiat̄. Da nobis ho-
die aūt dictū eſt ꝙdiu dici
tur hodie: id eſt: in hac tp̄a
li vita. Sic eni cibo ſpirita
li pꝰ hāc vitā ſaturabimur

in eternū: vt non tūc dicaṫ
quotidian⁹ panis: q2 ibi tē
poris volubilitas q̄ dieb⁹
dies ſuccedere facit: vnde
appellatur quotidie: nulla
erit. Ut āt dictū ē pſ. xciiij
hodie ſi vocē ei⁹ audieritis
qđ interp̄taṫ apl's in ep'la
que ē ad hebreos: q̄ diu di
citur hodie. ita et hic acci=
piendū eſt da nobis hodie.
Si q̄s aūt etiā illa q̄ de vi=
ctu corpori neceſſario vel
de ſacramēto dñici corp̄is
iſtā ſentētiā vult accipere:
oportet vt cōiūcte accipiā
tur oīa tria: vt ſcȝ quoti=
dianū panē ſimul petam⁹ ⁊
neceſſariū corp̄i: ⁊ ſacratū
viſibilē ⁊ inuiſibilē x̄bi dei.

Caplm. xiiij.

ſ Equiṫ quinta petitō.

C Dimitte nob̄ debi
ta nr̄a ſic̄ ⁊ nos dimittim⁹
debitoribus nr̄is. Debita
peccata dici manifeſtū eſt.
vel illud qđ ait idē dñs: nō
exies inde donec ſoluas no
uiſſimū quadrantē. vel illo
q̄ debitores appellauit q̄
ei nūciati ſūt extincti ī rui
na turris: vel quoꝝ ſangui
nem ſacrificio herodes mi
ſcuit. dixit ei putare hoīes
q̄ illi vltra modum debito
res eſſent: id ē: peccatores
Et addidit. Amen dico vo
bis: niſi penitentiā egeritiſ
ſimiliter moriemini. Non
hic ergo quiſq̄ vrgeṫ pecu
niā dimittere debitoribus
ſed q̄cunq̄ in eū ali⁹ pecca
uerit. Nā pecuniā dimitte
re illo poti⁹ iubemur prece
pto: qđ ſup̄ius dictū ē mat
thei. v. Si quis tibi tunicā
tollere voluerit ⁊ iudicō te
cū cōtēdere: dimitte illi et
palliū. Nec ibi neceſſe ē oī
pecuniario debitore dimit
tere debitū: ſed ei q̄ redde
re noluerit in tātū vt velit
etiā litigare. Seruū autē
dñi vt ait apl's. ij. thimo. ij.
nō oportet litigare. Qui ḡ
vel ſpōte vel cōuict⁹ pecūi
am debitā reddere nolue=
rit dimittēda eſt illi. Duas
enī ob res nollet reddere.
vl' q̄ nō habeat vl' q̄ auar⁹
ſit: reiq̄ aliene cupid⁹ Utrū
q̄ aūt p̄tinet ad inopiā. nā

illa inopia est rei familiarꝭ: hec animi. Quiſquis itaqꝫ tali dimittit debitū inopi: opꝰ chriſtianū operaꝛ: manē te illa regula vt ī aīo para tus ſit amittē qđ ſibi debe tur. nā ſi modeſte ac leniꝛ om̄i mō egerit vt ſibi reſti tuaꝛ nō tā intēdēs fructuꝫ pecunie q̄ꝫ vt hoīem corri gat. cui ſine dubio ꝑnicio ſum ē habere vnde reddat et nō reddere. nō ſolū non peccauit ſed ꝓderit etiam plurimū. Nec ille dū alie nā pecuniā lucrū facē vult damnū fidei patiaꝛ. Qđ tā to est grauiꝰ vt nulla ſit cō paratio. Ex q̄ intelligiꝛ eti am in iſta q̄nta petitione q̄ dicimꝰ. dimitte nobis debi ta nr̄a ſicut ⁊ nos dimitti mus debitoribꝰ nr̄is. nō de pecunia quidē dici ſꝫ de oī bus q̄ in nos quiſqꝫ peccat ac ꝑ hoc etiaꝫ de pecunia. peccat nanqꝫ in te q̄ tibi pe cuniā debitā cū habeat vñ reddat recuſat reddē. qđ pctm̄ ſi nō dimiſeris nō po teris dicē dimitte nobis ſi cut ⁊ nos dimittimꝰ. Si aūt ignoueris vides etiā de pe cunia animi amittēda ad moneri eū cui tali ꝑce ora re ꝑcipitur. Illud ſane tra ctari pōt vt qm̄ dicimꝰ di mitte nobis ſicut ⁊ nos di mittimꝰ. tūc ↄuincamur ꝯ iſtā regulā feciſſe: ſi eis nō dimittamꝰ q̄ veniā petūt. qm̄ ⁊ nobis veniā petētibꝰ a benigniſſimo pr̄e dimit ti volumꝰ. Sꝫ illo rurſus ꝑ cepto q̄ iubemur orare ꝓ inimicis nr̄is: nō ꝓ his iu bemur q̄ veniā petūt. Jam enī q̄ tales ſūt: inimici non ſunt. Nullo mō aūt quiſq̄ ve dixerit oraꝛ ſe ꝓ eo cui non ignouerit. Quapropꝛ fatendū ē oīa petā dimittē da eſſe q̄ in nos admittunꝛ ſi volumꝰ nobis a patre di mitti q̄ admittimꝰ. Nā de vindicta ſupꝰ vt arbitror ſatis diſputatum eſt.

Capꝛm. xiiij.

**S**Exta petitio ē. ¶ Et ne nos inferas in ten tatiōeꝫ. nōnulli codices ha bēt inducas: qđ tātūdē va-

lere arbitror. Nam ex vno greco qd̄ dictū ē: vtrūqȝ trāſlatū eſt. Multi aūt in p̄cādo ita dicūt: ne nos patiaris īduci in tētationē. exponētes ſcȝ quō dictuȝ ſit inducas. nō enī p ſeip̄m inducit de⁹ ſed induci patit̄ eū quē ſuo auxilio deſeruerit. Ordine occultiſſimo ac meritiſ cauſis etiā ſepe manifeſtis dignū indicat ille quem deſerat ⁊ induci ī tētationē ſinat. Aliud ē aūt duci in tētationē. aliud tētari. Nam ſine tētatōe ꝓbat⁹ eſſe nullus pōt. ſiue ſibiipī ſic̄ ſcriptum ē eccli. xxxiiij. q̄ non eſt tentatus qualia ſcit: ſiue aliīs ſicut apl̄s dicit ad gal. iiij. et tētationē vr̄am ī carne mea non ſpreuiſtis. Hinc eī eos firmos ip̄e cognouit: q̄ eis tribulationibus q̄ aplō ſm carnē acciderāt nō ſē a charitate deflexi. Nā deo noti ſum⁹ et an oēs tētatiōes q̄ ſcit oīa anteq̄ fiāt. Qd̄ itaqȝ ſcp̄tū eſt deut: xiij. tētat vos dn̄s de⁹ vr̄: vt ſciat ſi diligitis eū. illa locutōne poſitū ē vt ſciat ꝓ eo qd̄ ē vt ſcire vos faciat. Sicut diē letū dicimus q̄ letos faciat. frigus pigrū q̄ pigros facit: ⁊ innūerabilia hmōi. q̄ ſiue ī cōſuetudine loquendi: ſiue in ſermōe doctoꝝ: ſiue in ſcripturis ſc̄tis reperiunt̄. Qd̄ nō intelligētes heretici q̄ veteri teſtamēto aduſant̄: velut ignorātie vitio notādū putāt. eū de q̄ dictū eſt. Tētat vos dn̄s de⁹ vr̄. q̄ſi ī euāgelio de dn̄o ſcriptū nō ſit. hoc aūt dicebat tētans eū. nā ip̄e ſciebat qd̄ eſſȝ factur⁹. Si enī nouerat cor ei⁹ quē tētabat. qd̄ ē q̄ voluit illū videre tētādo. Sȝ ꝓfecto illud factū ē vt ip̄e ſibi not⁹ fieret q̄ tētabat̄. ſuamqȝ deſperationē cōdēnaret. ſaturatis turbis de pane dn̄i qui eas non habere qd̄ ederent exiſtimauerat. Nō ergo hic oratur vt non tentemur: ſed vt non inferamur in tentationem. Tanquam ſi quiſpiam cui

neceſſe eſt igne examinari nō oret vt igne nō cōtinga tur: ſed nō vt exurat. eccli. xxvij. Uaſa eni figuli ꝓbat fornax: ⁊ hoīes iuſtos tēta tio tribulatiōis. Joſeph er go geñ. xxxix. tētat⁹ eſt ille cebra ſtupri ſed nō eſt illa= tus in tētationē. Suſanna daniel. xiij. tentata eſt: nec ipa inducta eſt vel illata ī tentationem. Multiq; alij vtriuſq; ſexus.

Capl'm. xv.

l Ob maxime: cui⁹ ad= mirabilē ſtabilitatem in deo dño ſuo: cū illi here= tici hoſtes veteris teſtamē t i ore ſacrilego irridere vo luerint. illud p̄ ceteris ven tilāt q̄ ſathanas petiuerit eū tētandū. Querūt enim ab imperitis hoīb⁹: talia ī telligere nequaq̄ volētib⁹ quo mō ſathanas cū deo lo qui potuerit: nō intuētes. nō eni poſſunt cū ſupſtitio ne ⁊ cōtētiōe cecati ſūt: de um nō loci ſpaciū mole cor poris occupare et ſic alibi eſſe: alibi nō eſſe. aut certe

hic partē habere aliā ⁊ ali bi aliā ſed maieſtate vbiq; preſto eſſe. nō p partes di= uiſum ſ; vbiq; pfectū. Q̄ ſi carnaliter intuent qđ di ctū eſt: celū mihi thron⁹ eſt et terra ſcabellū pedū meo rū. Cui loco ⁊ dñs atteſtat dicēs. nō iuretis neq; p ce= lū q; thron⁹ dei eſt: neq; p terrā q; ſcabellū ē pedum ei⁹. Quid mirū ſi in terra diabol⁹ cōſtitutos ante pe des dei: ſtetit ⁊ corā illo ali quid locut⁹ eſt? Nā qñ illi valēt intelligere nullā eſſe animā q̄uis pueſam q̄ tñ nullo mō ratiocinari pōt: i cui⁹ cōſciētia nō loquat de us? Quis eni ſcripſit ī cor dib⁹ hoīm naturalē legem niſi deus. de qua lege dicit apl's ad rom. ij. cū eni gen= tes q̄ legē nō habent natu raliter q̄ legis ſunt faciūt. hi legē nō habētes: ipi ſibi ſunt lex q̄ oſtendunt op⁹ le gis ſcriptū in cordib⁹ ſuis. cōteſtāte cōſciētia illoꝝ et inter ſe inuicē cogitationū accuſantiū aut etiā excuſā

tiū in die qua iudicabit de us occulta hoīm. Quapropter ſi omīs aīa rationalis etiaʒ cupiditate cecata tñ cū cogitat ⁊ ratiocinaꝛ: q̄c q̄d in ea ratiocinatōne verū eſt nō ei tribuēdū eſt ſʒ ipſi lumini veritatis: a q̄ vel tenuiter ꝑ ſui capacitate illuſtraꝛ: vt verū aliq̄d ī ratiocinādo ſentiat. Quid mirū ſi diaboli aīa praua cupiditate ꝑuerſa. q̄cq̄d tñ veruʒ de iuſto viro cogitauit cuʒ eū tētare vellet: ipiꝰ dei voce: id eſt: ipiꝰ veritatis voce audiſſe ꝓhibetur? Quicquid falſum illi cupiditati tribuiꝛ qua diaboli nomen accepit. Quāq̄ etiā ꝑ creaturā corꝑalē atq̄ viſibilē deꝰ plerūq̄ locutus eſt: ſeu bonis ſeu malis: tanq̄ oīm dñs ⁊ rector. ⁊ pro cuiuſq̄ rei meritis ordinator. ſicut ꝑ angelos qui hominū q̄q̄ aſpectibꝰ apparuerūt. Et ꝑ ꝓphetas dicētes: hec dicit dñs. Quid mirū ergo ſi q̄q̄ nō in ipā cogitatione ꝑ aliquā certe creaturā tali opi accōmodatā: deus locutꝰ cū diabolo diciꝛ: nec dignitatis eſſe arbitrenꝛ: ⁊ q̄ ſi iuſticie merituʒ q̄ cū illo deꝰ locutꝰ eſt. q̄m locutꝰ eſt cū aīa angelica q̄q̄ ſtulta et cupida: tanq̄ ſi loq̄retur cū aīa hūana ſtulta ⁊ cupida. Aut ipi dicant: q̄ mō locutꝰ eſt cū illo diuite lu. xij. cuiꝰ cupiditatē ſtultiſſimā arguere voluit dicēs. ſtulte: hac nocte aīa tua expoſtulaꝛ a te. hec q̄ preparaſti cuius erūt? Certe hoc ipē dñs in euangelio dicit. cui iſti heretici velint nolīt colla ſubmittunt. Si aūt hoc mouenꝛ q̄ tētandū iuſtū ſathanas petit a deo: nō ego expono quare ſit factū: ſed ipōs cogo exponere quare ſit dictū in euāgelio ab ipō dño diſcipulis lu. xxij. ecce ſathanas petijt vexare vos quō triticuʒ. Et petro ait. ego aūt poſtulaui ne deficiat fides tua. Cū aūt hoc exponūt mihi: ſimul aliud q̄d a me querūt exponūt ſibi. Si vō nō valuerint hoc ex-

ponere nō audeāt id qđ in
euāgelio ſine offēſione non
intelligūt ī aliq̄ libro cū te
meritate culpare. Fiūt igi
tur tentatōnes ꝑ ſathanan
nō ptāte ei⁹ ſed ꝑmiſſo dei
ad hoīes aut pro ſuis pec=
catis puniēdos aut pro dei
miſericordia ꝓbādos ⁊ ex
ercēdos. Et intereſt pluri=
mū in qualē quiſq₃ tentatō
nē incidat. Non enī in talē
incidit iudas qui vendidit
dn̄m ī qualē incidit petr⁹
cū territ⁹ dominū negauit
Sūt etiā huāne tētatōnes
credo cū bono quiſq₃ aīmo
ſcd̄m humanā tn̄ fragilita
tē in aliquo cōſilio labitur
aut irritat̄ in fratrē ſtudio
corrigēdi i.cor.x. paulo tn̄
ampli⁹ quā chriſtiana trā=
quillitas poſtulat. De q̄b⁹
apl'us dicit tētatio vos nō
appħendat niſi huāna. Cū
idē dicat .i.cor.x. fidelis de
us qui nō vos ꝑmittet ten
tari ſupra q̄ꝫ poteſtis ferre
ſed faciet cū tētatōe etiam
exitū vt poſſitis tolerare.
In qua ſentētia ſatis oſtē=
dit nō id nobis orandū eſſe
vt non tētemur ſ₃ ne in ten
tationē inducamur. Indu
cim̄ enī ſi tales acciderint
q̄s ferre nō poſſum⁹. Sed
cū tētatōnes ꝑiculoſe ī q̄s
inferri atq₃ induci ꝑnitio=
ſū eſt aut ꝓſperis reb⁹ tp̄a
libus aut aduerſis oriātur
nemo frāgitur adūſariorū
moleſtia qui ꝓſperarū de=
lectatōne nō capitur.

Capl'm .xvi.

v Ltima ⁊ ſeptima pe
titio ē. S₃ libera nos
a malo. Orandū enī eſt: vt
nō ſolū inducam̄ in malum
quo carem⁹ qđ ſexto loco
petit̄: ſ₃ ab illo etiā libere=
mur quo iā inducti ſumus
Qđ cū fcm̄ fuerit nihil re=
manebit formidoloſū: nec
oīno intuēda erit vlla tēta
tio. Qđ tn̄ in hac vita quā
diu iſtā mortalitatē circū=
ferim⁹ in qua ſerpētina ꝑ=
ſuaſione inducti ſum⁹ non
ſperandū eſt poſſe fieri: ſed
tn̄ aliq̄n futurꝫ ſperādum ē
Et hec eſt ſpes que non vi
det̄ de qua cū loqueretur

apl's ait: Spes aũt q̄ vide
tur nõ est ſpes ad rom. viij
Sed tñ ſapiētia que in hac
quoqꝫ vita cõceſſa eſt fide=
libus ſuis dei nõ eſt deſpe=
randa. Ea eſt autē vt id qđ
dño reuelãte fugiendũ eſſe
intellexerimus cautiſſima
vigilãtia fugiam⁹: et id qđ
dño reuelãte appetēdũ eē
intellexerim⁹ flagrantiſſi=
ma charitate appetamus
Ita enĩ reliquo mortalita
tis huius onere ipã morte
depoſito ex omni hoĩs pte
oportuno tpe pficiet beati
tudo que ĩ hac vita inchoa
ta ē ⁊ cui capeſſēde atqꝫ ob
tinēde aliqñ nũc oĩs cona=
tus impenditur

¶ Caplm .x vij.

S Ed hax ſeptē petitio
nũ cõſideranda ⁊ cõ=
mendãda diſtinctio eſt Nã
cũ vita nr̃a tēpaliter nunc
agat atqꝫ ſperet eterna et
cũ eterna pora ſint digni=
tate q̃uis tpalib⁹ pri⁹ ac=
tis ad illa trãſeatur trium
pmarũ petitionũ ĩpetratio
nes in hac vita que iſto ſe=
culo agit exordiũ capiunt
Nã et ſãctificatõ noĩs dei
ab ipo huĩlitatis dñi aduē
tu agi cepit: ⁊ aduentus re
gni ei⁹: quo in claritate vē
tur⁹ eſt nõ iã finito ſclo ſed
in fine ſcli: manifeſtabitur.
Et pfectio volũtatis ei⁹ ſi
cut in celo ⁊ in terra. ſiue iu
ſtos ⁊ pctõres celũ ⁊ terrã
intelligas. ſiue ſpũm et car
nē. ſiue dñm ⁊ eccl'iam. ſiue
oĩa ſimul: ipa pfectiõe nr̃e
btitudinis: ⁊ ideo ſcli ẽmi=
natiõe ꝯplebit]. Tamē oĩa
tria in eternũ manebũt. Nã
et ſanctificatio nomĩs dei
ſempiterna erit: et regni ei⁹
nullus erit finis: et pfecte
noſtre beatitudini eterna
vita pmittitur. Permane
bunt ergo iſta tria conſum
mata atqꝫ cumulata in illa
vita qua nobis pmittitur
Reliqua vero quatuor que
petimus ad temporalem
iſtam vitam pertinere mi=
hi videntur: quorum pri=
mum eſt. Panem noſtrum
quotidianum da nobis ho
die. hocipſo enim q̄ victus

eſt quotidianus panis ſiue ſpiritualis ſignificet: ſiue ī ſacramēto: aut invictu iſto viſibili: ad hoc tps ptinet qd appellauit hodie. nō qꝛ ſpiritalis cib⁹ nō eſt ſempiternꝰ. ſꝫ qꝛ iſte q̄ quotidianus dictꝰ eſt in ſcripturis: ſiue in ſtrepitu ē ſermonis ſiue q̄buſcꝫ tpalib⁹ ſignis exhibet aīe. Que oīa tunc vticꝫ nō erūt iohā. vi. cum erūt om̄es docibiles deo: ⁊ ipam ineffabilē lucē veritatis: nō motu corpoꝝ ſignificātes ſed puritate mentis hauriētes. Nā fortaſſe propterea ⁊ panis dictꝰ ē non potus. qꝛ panis frāgendo atcꝫ mādēdo in alimentuꝫ cōuertit. ſicut ſcripture aperiēdo ⁊ diſſerendo aīam paſcūt. potꝰ aūt paratꝰ ſicuti eſt tranſit in corpꝰ: vt iſto tēpe panis ſit veritas: cū quotidianꝰ panis dicit. Tūc aūt potꝰ cum labore nullo diſputādi ⁊ ſermocinādi q̄ſi frāgēdi atcꝫ mandendi opꝰ erit: ſed ſolo hauſtu ſincere atcꝫ pſpicue veritatis. Et peccata nobis nūc dimittunt: ⁊ nūc dimitimꝰ. q̄ haꝝ quattuoꝛ reliq̄ rū ſecūda petitio eſt. Tunc aūt nulla erit venia pctōꝝ. qꝛ nulla peccata. Et tentatiōes: tpalē iſtā vitam infeſtāt. nō aūt erūt cū pfectuꝫ erit qd dictū eſt pſ. iij. Abſcōdes eos ī abſcōdito vultus tui. Et malū a quo liberari optamꝰ ⁊ ipa liberatō a malo: ad hāc vticꝫ vitam ptinēt. qꝛ ⁊ iuſticia di mortalē meruimꝰ: ⁊ vnde ipiꝰ miſcdia liberamur.

Capłm. xviij.

v Idet etiā mihi ſeptenariꝰ iſte nūerus haꝝ petitionū: cōgruere illi ſeptenario numero ex q̄ totꝰ iſte ſermo manauit. Si eni timoꝛ dei eſt quo beati fiūt paupes ſpiritu: qm̄ ipoꝝ ē regnū celoꝝ: petamꝰ vt ſanctificet in hoīb⁹ nomē dei timoꝛe caſto pmanēte in ſecula ſeculoꝝ. Si pietas eſt qua beati ſunt mites: qꝛ ipſi hereditate poſſidebunt terrā. petamꝰ vt veniat re-

gnū ei⁹: ſiue in noſipos vt
miteſcam⁹ nec ei reſiſtam⁹
ſiue de celo in terras in cla
ritate aduēt⁹ dñi: quo nos
gaudebim⁹ ⁊ laudabimus:
dicēte illo. Venite benedi-
cti patris mei: accipite re-
gnū qḋ vobis paratū ē ab
origine mūdi Matth. xxv.
In dño enim inquit ꝓphe
ta laudabit aïa mea: audi-
ant mites ⁊ iocundent. Si
ſciētia eſt qua beati ſunt ꝙ
lugēt: qm̄ ipi conſolabunt:
orem⁹ vt fiat volūtas ei⁹ ſi
cut in celo ⁊ in terra. qꝛ cū
corp⁹ tanꝗ̄ terra: ſpiritui
tanꝗ̄ celo: ſūma ⁊ tota pa-
ce ꝯſenſerit: nō lugebim⁹.
Nā null⁹ ali⁹ hui⁹ tp̄is lu-
ctus eſt niſi cū aduerſuz ſe
iſta cōfligūt ⁊ cogūt nos di
cere. Video aliā legē in mē
bris meis ad roma. vij. re-
pugnātē legi mentis mee.
Et luctū noſtrū lachrymo
ſa voce teſtari. Miſer ego
homo: ad ro. vij. quis me li
berabit de corpore mortis
hui⁹? Si fortitudo eſt qua
beati ſunt ꝙ eſuriūt ⁊ ſitiūt
iuſticiā: qꝛ ipi ſaturabunt.
orem⁹ vt panis nr̄ q̄tidia-
nus det nobis hodie: ꝙ ful
ti atꝗ ſuſtētati: ad pleniſſi
mā illā ſaturitatez venire
poſſim⁹. Si cōſiliū eſt ꝙ bti
ſunt miſericordes: qm̄ ipo
rū miſerebit. dimittamus
debita debitoribus nr̄is et
orem⁹ vt nr̄a dimittantur.
Si intellect⁹ eſt ꝙ bti ſunt
mūdi corde: qm̄ ipi deū vi-
debūt. orem⁹ nō induci in
tentationē: ne habeam⁹ du
plex cor: nō appetendo ſim
plex bonū ad qḋ referam⁹
oïa q̄ op̄amur: ſed ſimul tē
poralia ⁊ terrena ſectādo.
Tētatiōes eni de his reb⁹
que graues ⁊ calamitoſe vi
dent hoïb⁹: nō in nos valēt
ſi nō valeāt ille ꝙ blādicijs
eaꝝ reꝝ accidūt: q̄s hoïes
bonas ⁊ letandas putant.
Si ſapiā eſt qua beati ſunt
pacifici: qm̄ ipi filij dei vo-
cabūt. orem⁹ vt liberemur
a malo. Ipſa eni liberatio
liberos nos faciet: id eſt: fi
lios dei: vt ſpū adoptōis cla
mem⁹ abba pr̄. ad ro. viij.

Sane nō negligēter ꝑter=
eundū ē ex omibus his ſen
tencijs quib⁹ nos dn̄s ora
re ꝑcepit eam potiſſimū cō
mēdandā eē indicauit que
ꝑtinet ad dimiſſiōꝫ pctōꝝ
in qua nos miſericordes eē
voluit. qđ vnū ē cōſiliū mi=
ſerias euadēdi. Nulla enī
alia ſētētia ſic oram⁹ vt q̄=
ſi paciſcamꝰ cū deo. dicim⁹
enī dimitte nobis ſic ⁊ nos
dimittim⁹ In qua petitōe
ſi mētimur totius orōnis
nullus eſt fructus. Sic enī
dicit. ſi dimiſeritis hoībus
delicta eoꝝ dimittet ⁊ vob
pater vr̄ qui in celis ē. Si
aūt nō dimiſeritis hoībus
neq3 pater veſter dimittet
vobis delicta veſtra.

Capl'm.xix.

ſ Equitur de ieiunio ꝑ
ceptū ꝑtinēs ad eādē
cordis mūdatōnez de qua
nūc agit̄. Nā ⁊ in hoc ope
cauēdū eſt: ne ſubrepat ali
qua oſtētatō ⁊ appetit⁹ lau
dis huāne qui duplicꝫ cor
et nō ſinat mūm ⁊ ſimplex
eſſe ad itelligēdū deū. Cū
autem ieiunatis inquit no
lite fieri ſicut hypocrite
triſtes. Exterminānt enim
vultū ſuū vt videāt̄ homini
bus ieiunātes. Amen dico
vobis ꝑceperūt mercedeꝫ
ſuā. Uos ieiunātes vngite
capita vr̄a ⁊ facies vr̄as la
uate ne videamini hoībus
ieiunātes ſꝫ patri vr̄o qui
eſt in abſcōdito. Et pat̄ ve=
ſter qui videt in abſcōdito
reddet vobis. Maīfeſtū ē
his ꝑceptis oēm nr̄am in=
tentionē in interiora gau=
dia dirigi: ne foris queren
tes mercedē huic ſclo con
formemur ⁊ amittam⁹ pro
miſſionē tāto ſolidioris at
q3 firmioris quāto interio
ris beatitudinis qua nos e
legit de⁹ ꝯformes fieri ima
gini filij ſui. ad Ro. viij. In
hoc autē capitulo maxime
aīaduertēdū ē: nō in ſolo re
rū corporearū nitore atq3
pōpa: ſed etiā in ipis ſordi=
b⁹ luctuoſis eē poſſe iactā
tiā ⁊ eo ꝑiculoſiorē quo ſub
noīe ſeruitutis dei decipit
Qui ergo īmoderato cul=

tu corpis atq; veſtit⁹ vł ce
terarũ rerũ nitore ꝓfulget
facile ↄuicit reb⁹ ipis pō-
pam ſeculi eſſe ſectatorẽ: nec
quēquā fallit doloſa imagi
ne ſcitatis. Qui aũt in ꝓ-
feſſione xpianitatis inuſi-
tato ſqualore ac ſordib⁹ in
tētos in ſe hoīz ocl'os facit
cũ id volũtate facit nō ne-
ceſſitate patiat ceteris ei⁹
opib⁹ pōt conijci vtrũ hoc
cōtemptu ſupflui cult⁹ an
ambitiōe aliqua faciat Qz
et ſub ouina pelle cauēdos
lupos dñs ꝑcipit. Mat. vij
Sed ex fructib⁹ eoꝝ cogno
ſcetis eos. Cũ enī ceperint
aliqb⁹ tētatiōib⁹ eaipſa ilł
ſubtrahi vł negari q̄ iſto ve
lamine vł ↄſecuti ſũt vł cō-
ſequi cupiũt: tũc neceſſe eſt
vt appareat vtrũ lupus in
ouina pelle ſit an ouis ī ſua
Nō enī ꝓpterea ornatu ſu-
pfluo debet aſpect⁹ hoīm
mulcere xpian⁹. qz illũ par
cũ habitũ ac neceſſariũ eti
am ſimulatores ſepi⁹ vſur-
pant: vt incautos decipiāt
Quia et ille oues nō debēt
deponere pelles ſuas: ſi ali
qñ eis lupi ſe contegũt.

Capitulũ. xx.

Q Ueri ergo ſolet quid
ſit quod ait. Uos autē
ieiunātes vngite capita ve
ſtra et facies vr̄as lauate:
ne videamini hoībus ieiu-
nātes. Nō enī quiſpiam re
cte preceperit quamuis fa
ciem quotidiana conſuetu
dine lauemus: vnctis etiā
capitibus cum ieiunamus
nos eſſe debere. Quod ſi
turpiſſimũ oēs fatentur: in
telligendum eſt hoc prece-
ptũ vngendi caput et faciē
lauandi ad interiorem ho-
minem pertinere. vngere
ergo caput ad leticiam per
tinet: lauare autem faciem
ad mundiciam. Et ideo ca
put vngit qui letatur inte-
rius mente atq; ratione.
Hoc enī recte accipimus
caput quod in anima pree-
minet: et quo cetera homi
nis regi et gubernari ma-
nifeſtum eſt. Et hoc facit q̄
non foris querit leticiā vt

de laudibus hoīm carnalit̄
gaudeat. Caro enī q̄ ſubie
cta eſſe debet. nullo mō eſt
totiꝰ nature hūane caput.
Nemo quidē vnq̄ carnez
ſuā odio habuit: ſicut apl's
dicit ad ephe. v. cū diligē-
dā vxorē p̄cipit: ſed caput
mulieris vir: cui viro ca-
put eſt chriſtus. Interiꝰ ḡ
gaudeat in ieiunio ſuo: eo-
ipo q̄ ſic ſe ieiunādo auer-
tit a voluntate ſeculi vt ſit
ſubditꝰ chriſto q̄ ſm̄ hoc p̄
ceptū caput vnctū habere
deſiderat. Ita enī ⁊ faciez
lauabit: id eſt: cor mūdabit
quo viſurꝰ eſt deū nō inter
poſito velamine ꝓpter in-
firmitatē ꝯtractā de ſordi
bus: ſ; firmꝰ ⁊ ſtabilis: qm̄
mūdus ⁊ ſimplex. Lauami
ni inquit eſaie. i. mūdi eſto-
te: auferte neq̄cias ab ani-
mis veſtris: atq; a ꝯſpectu
oculoꝝ meoꝝ. Ab his ergo
ſordibꝰ facies nr̄a lauāda
eſt: quibꝰ dei aſpectꝰ offen-
dit̄. Nos eī reuelata facie
gl'iam dei ſpeculātes ī ean
dem imaginē trāſformabi
mur. Sepe etiā cogitatio
neceſſariaꝝ reꝝ ad iſtā vitā
ꝑtinētiū ſauciat ⁊ ſordidat
interiorē oculū nr̄m. ⁊ ple-
runq; cor duplicat: vt ea q̄
videmur cū hoībꝰ recte fa
cere: nō eo corde faciamus
quo dn̄s p̄cipit: id eſt: non
q: eos diligimꝰ: ſed q: cō-
modū ab eis aliqḋ ꝓpter
neceſſitatem p̄ſentis vite
adipiſci volumꝰ. Debemꝰ
aūt benefacere illis ꝓpter
ſalutē ipoꝝ eternā: nō pro-
pter tp̄ale cōmodū noſtrū.
Inclinet ergo deꝰ cor nr̄m
in teſtimonia ſua et non in
emolumētū. Finis enī p̄ce
pti. i. thim̄. i. eſt charitas ꝺ
corde puro ⁊ cōſciētia bo-
na ⁊ fide nō ficta. Qui aūt
ꝓpter ſuam in hac vita ne
ceſſitatē fratri cōſulit: non
vtiq; charitati conſulit: q:
nō illi quē debet tanq̄ ſeip
ſum diligere ſed ſibi ꝯſulit
vel potiꝰ nec ſibi: quādoq;-
dē hic ſibi facit duplex cor
quo impedit̄ ad vidēdū de
um in qua ſola viſiōe ē bea
titudo certa atq; ꝑpetua.

## Capl'm.xxi.

r Ecte ergo ſequit᷑ ⁊ p̄-
cipit q̄ mūdādo cordi
nr̄o inſtat dicēs. Nolite vo
bis cōdere theſauros ī ter
ra vbi tinea ⁊ comeſtura ex
terminā̄t: ⁊ vbi fures effo-
diūt ⁊ furan᷑. Theſauriſa-
te autē vobis theſauros ī
celo vbi neq̃ tinea neq̃ co
meſtura exterminā̄t: ⁊ vbi
fures nō effodiūt nec furā
tur. Ubi enī eſt theſaur⁹ tu
us ibi erit ⁊ coꝛ tuū. Ergo
ſi in terra erit coꝛ. id eſt: ſi
eo coꝛde quiſq̃ ope᷑ aliq̃d
vt terrenū cōmodū adipi-
ſca᷑. quō erit mūdū quod ī
terra volutat᷑. Si aūt in ce
lo: mūdū erit: qꝛ mūda ſūt
quecunq̃ celeſtia. Soꝛde-
ſcit enī aliq̃d cum inferioꝛi
miſce᷑ nature q̄uis in ſuo
genere nō ſoꝛdide: qꝛ etiā
de puro argēto ſoꝛdidatur
auꝝ ſi miſcea᷑. Ita etiā ani
mus noſter terrenoꝝ cupi-
ditate ſoꝛdeſcit: q̄uis ipſa
terra in ſuo genere atq̃ oꝛ
die mūda ſit. Celū aūt hoc
loco nō coꝛporeū acceperī
qꝛ om̄e coꝛpus ꝑ terra ha
bendū eſt. Totū enī mūdū
debet cōtēnere: q̄ ſibi the-
ſauriſat in celo. In illo er-
go celo d̄ quo dictū eſt pſ.
cxiij. celū celi dn̄o: id eſt: in
firmamēto ſpiritali. Nō eī
in eo qd̄ trāſiet cōſtituere
⁊ collocare debem⁹ theſau
rū nr̄m ⁊ coꝛ nr̄m: ſꝫ in eo
qd̄ ſemꝑ manet. Celū autē
et terra trāſiet Mat. xxiiij
Mar. xiij. Lu. xxi. Et h̄ ma
nifeſtat de mūdādo coꝛde
ſe cūcta iſta p̄cipe cū dicit:
lucerna coꝛpis tui eſt ocu-
lus tu⁹. Si ergo ocul⁹ tu⁹
ſimplex fuerit: totū coꝛp⁹
tuū lucidū erit. Si aūt ocu
lus tu⁹ nequā eſt: totū coꝛ
pus tuū tenebꝛoſum erit.
Si ergo lumen qd̄ in te eſt
tenebꝛe ſunt: tenebꝛe quā-
te? Qui loc⁹ ſic intelligen
dus eſt vt nouerim⁹ om̄ia
opa nr̄a tūc eſſe munda et
placere in cōſpectu dei: ſi fi
ant ſimplici coꝛde: id eſt: in
tētione ſupna fine illo cha
ritatis: qꝛ ⁊ plenitudo le-
gis charitas. Oculū ꝗ hic

accipe debemus ipſam intentionē qua facim⁹ ꝗcq̄d facim⁹. Que ſi munda fuerit ⁊ recta: ⁊ illud aſpiciēs qđ aſpiciēdū eſt: omīa opa nr̄a q̄ ſm ea opamur: neceſſe ē vt bona ſint. Que opa oīa totū corp⁹ appellauit. qꝛ et apl's mēbꝛa nr̄a dicit quedam opa q̄ impꝛobat ⁊ moꝛtificāda p̄cipit dicens ad col. iij. moꝛtificate membꝛa vr̄a q̄ ſunt ſup terram. foꝛnicationē immūdiciam auariciā ⁊ cetera talia. Nō ergo q̄d quiſq̧ faciat ſed q̄ anīo faciat cōſiderādū eſt. Hoc eſt enī lumē in nobis: qꝛ hoc nobis manifeſtū eſt bono aīo nos facere qđ fecim⁹. Om̄e enī qđ manifeſtat̄ lumē ē. Nā ipa facta q̄ ad hoīm ſocietatē a nobis ꝓcedūt incertū habēt exitū: ⁊ ideo tenebꝛas eas vocauit. Nō enī noui cū pecuniam poꝛrigo indigenti et petēti. q̄d inde aut factur⁹ aut paſſur⁹ ſit: ⁊ fieri pōt vt vel faciat ex ea vel ꝓpt̄ eā patiat̄ aliq̄d mali. Qđ ego cū darē nō euenire voluerī neq̧ hoc aīo dederī. Itaq̧ ſi bono aīo feci qđ mihi cū facerē notū erat: ⁊ ideo lumē vocat̄. Illuminat̄ etiā factū meū qualēcūq̧ exitū habuerit. Qui exit⁹ q̄m incert⁹ ⁊ ignotus ē: tenebꝛe appellate ſunt. Si aūt malo aīo feci etiā ipm lumen tenebꝛe ſūt. Lumē enī dicitur: qꝛ nouit q̄ſq̧ q̄ aīo faciat: etiā cū malo anīo facit. Sꝫ ipm lumē tenebꝛe ſunt qꝛ nō in ſupna dirigit̄ ſimplex intētio: ſed ad inferioꝛa declinat̄: ⁊ duplici coꝛde quaſi vmbꝛā facit. Si ergo lumē qđ in te ē tenebꝛe ſūt tenebꝛe q̄nte: hoc eſt. ſi ipſa coꝛdis intētō q̄ facis qđ facis: q̄ tibi nota eſt. ſoꝛdidat̄ appetitu reꝝ terrenaꝝ et tpaliū atq̧ cecat̄. quāto magis ipm factū cui⁹ icertus eſt exitus: ſoꝛdidū ⁊ tenebꝛoſum eſt. Quia ⁊ ſi bene alicui ꝓueniat: quod tu nō recta ⁊ mūda intētione facis: quō tu feceris tibi iputatur, non quomō illi ꝓ-

uenerit. Capl̃m.xxij.

q Uod aũt ſequitur ⁊ dicit. Nemo põt duob⁹ dñis ſeruire. Ad hãc ipſam intentionẽ referendũ ẽ. qđ cõſequẽter exponit dicẽs. Aut enĩ vnũ odio habebit et alterũ diliget. aut alterũ patiet̃ ⁊ alterũ contemnet. Que verba diligẽter cõſiderãda ſunt fratres mei. Nã q̃ ſint duo dñi deĩceps oſtẽdit cũ dicit: Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mãmone. Mãmone apud hebreos: diuitie appellari dicuntur Cõgruit ⁊ punicũ nomen. nã lucrũ punice: mammõ dicit̃. ſed q̃ ſeruit mammone: illi vtiq; ſeruit qui reb⁹ iſtis terrenis merito ſue ꝑuerſitatis ꝓpoſit⁹. magiſtratus hui⁹ ſeculi a dño dicitur. Aut ergo hunc odio habebit homo ⁊ alterũ diliget: id eſt: deũ. Aut alterũ patietur ⁊ alterũ contẽnet. Patitur enĩ durũ ⁊ perniciosum dñm quiſquis ſeruit mammone. Sua enĩ cupiditate implicat⁹ ſubdit̃ diabolo: ⁊ non eum diligit. Quis eĩ eſt qui diligat diabolũ? Sed tñ patit̃ ſicut in maiore aliqua domo q̃ ancille aliene cõiũctus eſt: ꝓpter cupiditatẽ ſuã duraʒ patitur ſeruitutẽ: etiã ſi nõ diligat eũ: cui⁹ ancillam diligit. Alterũ autẽ contemnet: dixit: nõ odio habebit. Nullus enĩ fere conſcientia deũ poteſt odiſſe. Cõtẽnit vero: id eſt: nõ timet: cũ quaſi de ei⁹ bonitate ſecurus eſt. Ab hac negligẽtia et ꝑniciosa ſecuritate reuocat ſpiritus ſanct⁹ cũ per ꝓphetã dicit eccl'iaſtici. v. Fili ne adĳcias peccatũ ſuper peccatũ ⁊ dicas: miſeratio dei magna eſt. Ignoras quia potẽtia dei ad penitẽtiã te inuitat. ad ro. ij. Cui⁹ eĩ tãta miſcđia cõmẽdari põt: q̃ʒ ei⁹ q̃ oĩa donat pctã ꝯuerſis: ⁊ oleaſtrũ fac̃ ꝑticipẽ pĩguedinis oliue? Et cui⁹ tãta ſeueritas: q̃ʒ eius qui naturalib⁹ ramis nõ pepcit: ad ro. xi. ſed ꝓpt̃ infidelitatẽ fregit illoſ. Sʒ

quiſquis vult diligere deū
et cauere ne offendat: non
ſe arbitret duob⁹ dñis poſ
ſe ſeruire. ⁊ intētionē cor=
dis ſui rectam ab omi du=
plicitate explicet. Ita enī
ſentiet de dño in bonitate:
et in ſimplicitate cordis q̄
ret illū. Ideo inq̄t dico vo=
bis: non habere ſollicitudi
nē in aīa veſtra q̄d edatis
neq; corpi quid induatis.
ne forte q̄uis iam ſupflua
nō querant: ꝓpter ipa ne=
ceſſaria cor duplicet. et ad
iſta cōquirēda nr̄a detorq̄
at intētio. cū aliq̄d q̄ſi miſe
ricorditer opamur: id ē: vt
cū alicui cōſulere videri vo
lum⁹: nr̄m emolimentū ibi
poti⁹ q̄ illi⁹ vtilitatē attē=
dam⁹: ⁊ ideo nobis nō vi=
deamur peccare. q2 nō ſup
flua ſed neceſſaria ſūt q̄ cō
ſequi volum⁹: dñs aūt ad=
monet: vt meminerim⁹ mł
to ampli⁹ nobis deū dediſ
ſe q̄ nos fecit ⁊ compoſuit
ex aīa ⁊ corpore q̄ eſt alim
tū atq; tegumētū. quoꝝ cu
ra nos duplicare cor non
vult. Nōne aīa inquit pl⁹
eſt q̄ eſca: vt tu intelligas
eū qui dedit aīam: multo
facili⁹ eſcā eſſe daturꝝ. ⁊ cor
pus: q̄ veſtimētū: id eſt: vt
ſimiliter intelligas eū qui
corpus dedit, multo facili
us daturū eſſe veſtimentū.
Quo loco queri ſolet vtrū
ad aīam cib⁹ iſte ptineat
cū aīa incorporea ſit: iſte
aūt cib⁹ corpore⁹. Sz aīaz
hoc loco ꝓ iſta vita poſitā
nouerim⁹ cui⁹ retinaculū
eſt alimentū iſtud corpore
um. Scđm hāc ſignificatio
nē dictū eſt etiā illud io. xii
Qui amat aīam ſuā pdat
illā. qđ niſi de hac vita acce
perim⁹ quā oportet ꝓ re=
gno dei pdere: qđ potuiſſe
martyres claruit. Cōtrari
um hoc p̄ceptū erit illi ſen
tētie qua dictū eſt mat. xvi
quid ꝓdeſt homini ſi totuz
mūdū lucret: aīe aūt ſue de
trimentū faciat? Reſpici=
te inq̄t volatilia celi q̄m nō
ſerūt neq; metūt neq; con
gregāt in horrea. et pater
vr̄ celeſtis paſcit ea. Nōne

vos pluris eſtis illis: id eſt
cari⁹ vos valetis. Quia vti
q̈ rationale aīal ſicuti ē ho
mo ſublimi⁹ ordinatū eſt in
rer natura q̄ irrationalia
ſicuti ſunt aues.

Capitulū.xxiij.

q Uis aūt veſtrū inquit
curās pōt adijcere ad
ſtaturā ſuā cubitū vnū? Et
de veſtimēto quid ſolliciti
eſtis? id eſt: cui⁹ poteſtate
atq; dominatu factū eſt vt
ad hāc ſtaturā corpus ve=
ſtrū pduceret: ei⁹ puiden=
tia etiā veſtiri pōt. Nō aūt
veſtra cura factū eſt: vt ad
hāc ſtaturā veniret corp⁹
vr̄m. Ex hoc intelligi pōt:
q̈ ſi curetis ⁊ velitis adij=
cere vnū cubitū huic ſtatu
re nō poteſtis. Illi ḡ etiam
tegēdi corporis curā reli=
quite. cuius videtis cura
factū eſſe vt tante ſtature
corp⁹ habeatis. Dandū au
tē erat etiā documētū pro
pter veſtimentū ſicut datū
eſt ppter alimētū. Itaq; ſe
quit ⁊ dicit. Cōſiderate li=
lia agri quō creſcūt: non la
borāt neq; nent. Dico aūt
vobis: q̈ nec ſalomon in oī
gloria ſua ſic veſtit⁹ eſt vt
vnū ex his. Si āt fenū agri
qđ hodie eſt: ⁊ cras in cly-
banū mittet: de⁹ ſic veſtit:
q̄nto magis vos modice fi
dei? Sed iſta documēta nō
ſicut allegorie diſcutienda
ſūt: vt q̄ram⁹ qđ ſignificēt
aues celi aut lilia agri. Po
ſita ſūt ei: vt de reb⁹ miori
bus maiora pſuaderent. ſi
cuti ē illud de iudice q̄ nec
deū timebat nec hoīem re
uerebat: ⁊ tñ ſepe interpellā
te vidua: acceſſit vt ei⁹ cām
ꝯſideraret. nō ppt pietatē
aut hūanitatē: ſʒ ne tediū
pateret. Nō ei vllo mō ille
iniuſt⁹ iudex pſonā dei alle
gorice ſuſtinet. ſʒ tñ q̄ntū
de⁹ q̄ bon⁹ ⁊ iuſt⁹ ē curet de
pcātes ſe. hic ꝯijci dñs vo
luit: q̈ nec iniuſt⁹ hō eos q̄
illū aſſiduis pcib⁹ tūdūt vł
ppt tediū deuitādū pōt cō
tēnere. Nolite ergo inquit
ſolliciti eſſe dicētes. Quid
edem⁹ aut qđ bibē⁹ aut qđ
veſtiemur: hec ei oīa gētes

q̄rūt. Scit enī pr̄ vr̄ q: hoꝝ oīm īdigetꝭ. Querite p̄mū regnū ⁊ iusticiā dei: et hec oīa apponētr̄ vobis. Hic manifestiſſime oñdit nō hec eē appetēda tanq̄ tr̄ia nr̄a bona: vt ꝓpt̄ ip̄a debeam⁹ bn̄ facere ſi q̄d facim⁹: ſꝫ tn̄ eē nccīa. Capi. xxiiij.

Quid enī inſ̄ſit int̄ bonū qḋ appetēdū est ⁊ nccīm qḋ ſumēdū ē hac sn̄ia dclarauit: cū ait. Querite p̄mū regnū ⁊ iusticiā dei: et hec oīa apponētr̄ vobis. Regnū ḡ ⁊ iustitia dei bonū nr̄m ē ⁊ hoc appetēdū et ibi finis ꝯstituēdus ꝓpt̄ qḋ oīa faciam⁹ q̄cunqꝫ facim⁹. Sꝫ q: ī hac vita militam⁹ vt ad illud r̄gnū ꝑueīre poſſim⁹ q̄ vita ſn̄ his neceſſarijs agi nō pōt: apponētur hec voḃ inq̄t ſed vos regnū dei ⁊ iustitiā primū querite. Cum enī dixit illud primū significauit quia hoc posterius querendū est non tp̄e ſꝫ dignitate. Illud tanq̄ bonū nr̄m: hoc tāq̄ neceſſarium nr̄m. neceſſariū aūt ꝓpter illud bonū. Necꝫ enī verbi gr̄a: ideo debemus euāgelizare vt māducemus: ſed ideo manducare vt euāgelizemus. Nam ſi ꝓpterea euāgelizamus vt māducemus vilius habem⁹ euāgelium q̄ cibū et erit iā bonū nr̄m in māducādo neceſſariū autem in euāgelizādo. Qḋ etiā ap̄lus ꝓhibet. p̄o coꝝ. ix. cum dicit licere ſibi quidē et ꝑmiſſū eſſe a dn̄o: vt qui euāgeliū anūciant de euāgelio viuant: id ē de euāgelio habeāt ea q̄ huic vite ſūt neceſſaria: ſed tn̄ ſe nō eſſe abuſum hac p̄tāte. Erāt enī multi qui occaſionē habere cupiebāt acquirendi ⁊ vendendi euāgeliū quib⁹ eam volens amputare ap̄lus manib⁹ ſuis victū ſuū tolerauit de his enī alio loco dicit. ij. coꝝ. xi. vt amputē occaſionē his qui querūt occaſionē. Quāq̄ etiā ſic ceteri et boni apoſtoli ꝑmiſſu dn̄i de euangelio viuere ⁊ nō in eo victu cōstituere finē euāgelizan

di ſed magis ipi⁹ vict⁹ ſui
finē in euãgelio collocaret
id ē vt ſupius dixi nõ ideo
euãgelizaret vt pueniret
adcibũ ⁊ ſi qua ſũt talia ne
ceſſaria:ſed ideo iſta ſinue=
ret vt illud impleret ne nõ
volens ſed neceſſitate euã
gelizaret:hoc enĩ im pbat
po cor.viiij.cũ dicit.Neſci
tis qm̃ qui in tẽplo opant
que de tẽplo ſũt edunt:qui
altario deſeruiunt altario
conptiũt:Sic ⁊ domi⁹ or=
dinauit his qui euãgelium
anũtiant de euãgelio viuē
po.cor.viiij.ego aũt nulli⁹
horũ vſus ſũ.hinc oſtendit
pmiſſũ eē nõ iuſſũ: alioqui
contra pceptũ domĩ feciſ=
ſe tenebit. Deinde ſequit
et dicit.Nõ aũt ſcripſi hec
vt ita fiãt in me. Bonũ eſt
mihi magis mori q̃ gloriã
meã quiſq̃ inanē faciat po
cor.viiij.hoc dixit quia iaʒ
ſtatuerat pter quoſdam
occaſionē q̃rẽtes manibus
ſuis victũ trãſigē. Si eniʒ
euãgelizauero:ideʒ inquit
nõ eſt mihi gloria. id.eſt ſi
euãgelizauero vt iſta fiant
in me id ē ſi ppterea euan=
gelizauero:vt ad illa pue=
niam et finē euãgeliĳ in ci=
bo et potu et veſtitu collo=
cauero Sed quare nõ eſt ei
gloria. Neceſſitas enĩ inq̃t
idem in eodeʒ:mihi incum
bit id ē vt ideo euãgelizeʒ
qꝛ vnde viuã nõ habeo:aut
vt acq̃ram tpalē fructũ de
pdicatiõe eẋnoẋ.Sic enim
iã nccitas erit ĩ euãgelio ñ
volũtas.Ve enĩ mihi erit ĩ
q̃t:ſi nõ euãgelizauero. ſed
quo mõ debʒ euangelizare
ſcʒ vt in ipſo euãgelio ⁊ in
regno dei ponat mercedē.
Ita enĩ põt nõ coact⁹ euã=
gelizare ſʒ volēs.Si enĩ vo
lēs inq̃t hoc facio mercedē
habeo.ſi aũt ĩuit⁹:diſpenſa
tio mihi credita ē.i.Si coa
ct⁹ ĩopia eaꝝ reꝝ q̃ tpali vi
te ſũt ncc̃a:pdico euãgeliũ
aliĳ p me habebunt merce=
dē euãgeliĳ q̃ euãgeliũ ipm
me pdicãte diligēt.Ego ãt
nõ habebo:qꝛ nõ ipm euan
geliũ diligo:ſʒ ei⁹ pciũ ĩ illꝛ
tpalib⁹ ꝯſtitutũ:qd̃ nefas ē
fieri: vt non tanquã filius

miniſtret quiſq; euāgeliuz ſed tanq; ſeru⁹. Cui diſpē-ſatio credita ē: vt tanq; alienū eroget nihil inde ipe capiat pter cibaria q̄ non de participatiōe regni: ſed ſuſtentaculū miſere ſeruitutis dant extrinſecus: q; q; alio loco ⁊ diſpēſatorem ſe dicat. Poteſt enī ⁊ ſeruus in filio⁊ numerū adoptat⁹ eā rē in qua coheredis ſortē meruit: fideliter diſpenſare participib⁹ ſuis. Sed nūc vbi ait. Si aūt īuitus: diſpēſatō mihi credita eſt. talē diſpēſatorem intelligi voluit: q̄ alienū diſpēſat vnde ipe nihil accipiat.

Capl̄m. xxv.

Ergo quecunq; res ꝓpter aliquid aliud q̄ritur: ſine dubio inferior ē q; id ꝓpter qd̄ querit. Et iō illud primum eſt ꝓpter qd̄ iſtā rem queris: nō iſta res quā ꝓpter illd̄ q̄ris. Quapropt ſi euāgeliū ⁊ regnuz dei ꝓpter cibū q̄rim⁹. prioré facim⁹ cibū: ⁊ poſteri⁹ regnū dei. ita vt ſi nō deſit cibus: nō q̄ramus regnū dei. hoc eſt ergo primū querere cibū: ⁊ deinde regnū dei id eſt: hoc priori loco ponē illud poſteriori. Si autē iō queram⁹ cibū vt habeam⁹ regnū dei: faciamus qd̄ dictū eſt. Querite primū regnū dei ⁊ iuſticiā ei⁹ ⁊ hec omnia apponentur vobis. Querētib⁹ enim primū regnū ⁊ iuſticiā dei: id ē: hoc p̄ponētib⁹ ceteris reb⁹ vt ꝓpter hoc cetera q̄ramus nō deb; ſubeſſe ſollicitudo ne illa deſint q̄ huic vite ſt neceſſaria ꝓpter regnū di Dixit ei ſup̄i⁹ Scit pater veſter q; ho⁊ oīm īdigetſ. Et iō cū dixiſſet. Querite primū regnū ⁊ iuſticiā dei. nō dixit. deinde iſta querite: q; uis ſint neceſſaria. ſed ait: hec oīa apponent vobis: id eſt: cōſequent. Si illa q̄ratis ſine vllo veſtro īpedimēto. ne cū iſta queritis illic auertamini: aut ne duos fines cōſtituatis vt ⁊ regnū dei ꝓpter ſe appetatis: ⁊ iſta neceſſaria. Sed

hec potius ꝓpter illud iſta vobis nõ deerũt. q2 nõ poteſtis duob⁹ dñis ſeruire. Duob⁹ aũt dñis ſeruire conatẽ qui ⁊ regnũ dei ꝓ magno bono appetit. ⁊ hec tẽporalia. Nõ poterit ãt ſimplicẽ habere oculum ⁊ vni dño deo ſeruire. niſi quecũ ꝙ ſunt cetera ſi ſunt neceſſaria ꝓpter hoc vnum aſſumat: id eſt: ꝓpter regnũ dĩ Sicut aũt oẽs militantes accipiũt annonã ⁊ ſtipendium: ſic omẽs euãgeliſãtes accipiũt victũ ⁊ tegumentũ: ſed nõ oẽs ꝓpter ſalutẽ reipublice militant ſʒ ꝓpẽ illa q̃ accipiũt. Sic nõ oẽs ꝓpter ſalutem eccl̃ie miniſtrãt deo ſʒ ꝓpter hec tpa lia q̃ tanq̃ annonã ⁊ ſtipendia cõſequunẽ. aut ⁊ ꝓpter hoc ⁊ ꝓpter illud. Sed ſupra iã dictũ eſt. Non poteſtis duob⁹ dñis ſeruire: ergo ſimplici corde tantũmõ ꝓpter regnũ debem⁹ opari bonũ ad oẽs. non aũt in hac opatiõe vel ſolã vel cũ regno dei mercedẽ tpaliũ cogitare quoꝝ oĩm tpaliũ nomine: craſtinũ poſuit dicẽs. Nolite ſolliciti eſſe de craſtino. Nõ enĩ dicit craſtin⁹ dies: niſi in tpe vbi p̃terito ſuccedit futuꝝ. Ergo cũ aliq̃d boni opamur: nõ tpalia ſed eterna cogitem⁹: tũc erit illud bonũ ⁊ pfectũ opus. Craſtin⁹ enĩ dies inq̃t ſollicit⁹ erit ſibiipſi: id eſt: vt cũ oportuerit ſumas cibũ vel potũ vel indumentũ. cũ ipa ſcʒ neceſſitas vrgere cepit. Aderũt enĩ hec: q2 nouit pater noſter ꝙ hoꝝ oĩm ĩdigeam⁹. Sufficit enĩ inq̃t diei malicia ſua: id eſt: ſufficit ꝙ iſta ſumere vrgebit ipa neceſſitas. Quã ꝓpterea maliciã noĩatã arbitror: q2 penalis eſt nobis. Pertinet enĩ ad hãc fragilitatem et mortalitatẽ quã peccando meruim⁹. Huic ergo pene tpalis neceſſitatis noli addere aliquid graui⁹: vt nõ ſolũ patiaris haꝝ rerũ indigentiã ſed etiam ꝓpter hãc explẽdã milites deo.

h De aũt lo [ Ca.xxvi.
co vehemẽter cauen
dũ ẽ: ne forte cũ viderim⁹ a
liquẽ ſuũ dei ꝓuidẽ: ne iſta
neceſſaria deſint: vł ſibi vel
eis quoꝝ cura ſibi ꝯmiſſa ẽ
iudicemuſ eũ ꝯ ꝑceptũ dñi
facere: ⁊ de craſtino eẽ ſolli
citũ. Nã ⁊ ipe dñs cui mini
ſtrabãt angeli: tñ ꝓpť exẽ-
plũ ne qͣs poſtea ſcãdalum
pateref: cũ aliquẽ ſuoꝝ ei⁹
aĩaduertiſſȝ iſta neceſſaria
ꝓcurare: loculos habere di
gnatus eſt. qͣb⁹ pecunia vñ
vſib⁹ necãrijs qͣcqͣd op⁹ fu
iſſet ꝑberef. Quoꝝ loculoꝝ
cuſtos ⁊ fur: ſič ſcriptũ ẽ io.
xij: iudas fuit q eũ tradidit
Sič ⁊ apłus paulus ꝑt vide
ri de craſtino cogitaſſe cũ
dixit. i. coꝝ. xvi. De collect;
aũt in ſcõs ſič ordinaui ec-
cleſijs galatie: ita ⁊ vos fa-
cite ſcõm vnã ſabbati vnuſ
qͥſqꝫ vr̃m apð ſe ponat the-
ſaurizãs qð ei placuerit vt
nõ cũ venero tũc collecte fi
ant. Cũ aũt aduenero qͥſcũ
qꝫ ꝓbaueritis ꝑ epłas: hos
mittã ꝑferre grãm vr̃am i
hierłm. qꝫ ſi dignũ fuerit vt
⁊ ego eã: mecũ ibũt. Veniã
aũt ad vos cũ ĩ macedoniã
trãſiero. Macedoniã enim
cũ ꝑtrãſiero apð vos forſi-
tã remãebo: vł etiã hyemã
bo: vt vos me deducatis q
cũqꝫ iero. Nolo eñ vos nũc
ĩ trãſitu videre. Spero eñ
me aliquid tẽporis mane-
re apud vos ſi ꝑmiſerit do
m inus: ꝑmanebo aũt ephe
ſi vſqꝫ ad penthecoſtẽ. Itẽ
in actibus apłoꝝ ſcriptũ ẽ
actuũ. xxi. ea que ad victuȝ
ſunt neceſſaria ꝓcurata eẽ
in futuꝝ ꝓpter ĩminenteȝ
famem. Sic eñ legim⁹ in
illis aũt dieb⁹ deſcẽderunt
ab hieroſolima ꝓphete an
thiochiã eratqꝫ magna ex-
ultatio. Cõgregatis auteȝ
nobis ſurgens vn⁹ ex illis
nomine agabas ſignifica-
bat ꝑ ſpiritũ famẽ magnã
futuram in vniuerſo orbe
que et facta eſt ſub claudio
Diſcentiũ aũt vt quiſqꝫ ab
undabat ſtatuerũt vnuſqͥſ-
qꝫ eoꝝ in miniſteriũ mitte-
re ꝑſpitteris habitãtibus

in iudea fratribus. Qui et miserūt p manū barnabe ꝛ ſauli. et ꝙ nauigāti eidem apl'o paulo impoſita ſunt vtenſilia que offerebantur nō ad vnū tantū diem videtur victus iſte ꝓcuratus. Et ꝙ idē ſcribit. eph. iiij. q̇ furabat iaz nō furetur magis aūt laboret opans manibus ſuis bonū vt habeat vnde tribuē poſſit cui opꝰ eſt male intelligentibꝰ nō videtur ſeruare p̄ceptū domini qui ait Reſpicite volatilia celi quoniā nō ſerūt neqꝫ metūt neqꝫ cōgregāt in horrea Et cōſiderate lilia agri quō creſcūt non laborant neqꝫ nent. Cū iſtis p̄cipit vt laborēt opantes manibꝰ ſuis: ita vt habeāt ꝙ alijs etiā poſſint tribuere et ꝙ ſepe de ſe ipo dicit .i. theſſa. xx. et. ij. theſſa. iij. ꝙ manibꝰ ſuis opatus eſt ne quem grauaret. Et de illo ſcriptū eſt actuū. xviij. ꝙ cōiunxerit ſe aquile ꝓpter artis ſilitudinē vt ſimꝉ oparēt vñ victū trāſigerēt vbi videt imitatꝰ aues celi ꝛ lilia agri: hiſ ꝛ huiꝰ mōi ſcripturaꝝ locis ſatis apparet dominū nr̄m nō hoc ī ꝓbare ſi q̇s humano more iſta ꝓcuret: ſed ſi quis ꝓpt iſta deo militet vt ī opibꝰ ſuis nō regnū dei ſed iſtoꝝ acq̇ſitionē intueat. Ca. xxvij.

a

D hāc ergo regulaz hoc totū p̄ceptū redigit: etiā in iſtoꝝ ꝓuiſiōe regnū dei cogitemꝰ In milicia vero regni dei iſta nō cogitemꝰ. Ita enī etiam ſi aliqn̄ defuerint qd plerūqꝫ ꝓpter exercitationē nr̄am deꝰ ſinit: non ſolū nō debilitāt ꝓpoſitū nr̄m: ſꝫ etiā examinatū ꝓbatumqꝫ cōfirmant. Gloriamur enī inq̇t ad ro. v. in tribulationibus ſciētes qm̄ tribulatio patientiā opatur: patiētia aūt ꝓbationez. probatio ſpem Spes vero nō cōfūdit qm̄ charitas dei diffuſa ē in cordibꝰ nr̄is p ſpūm ſcm̄ q̇ datꝰ ē nobis. In ꝯmemoratione aūt tribulationū ac laborū ſuoꝝ: idē apo. v. co. xi. nō

tm̄ in carcerib⁹ et naufra-
gijs atq̄ hm̄oi multis mo-
leſtijs: ſed etiā ī fame ac ſi-
ti in frigore et nuditate ſe
laboraſſe cōmemorat. Nō
cū legim⁹ nō eſtimam⁹ dn̄i
pmiſſa titubaſſe: vt famē
et ſitim ac nuditatē pate-
ret apl̄s querēs regnum ꝛ
iuſticiā dei: cū dictū ſit no-
bis. Querite primū regnū
et iuſticiā dei: ꝛ hec oīa ap
ponent vobis. Quādoq̄dē
iſta ſicut adiutoria nouit il
le medic⁹ cui ſemel nos to
tos cōmiſim⁹: ꝛ a q̄ habe-
mus pmiſſionē vite pn̄tis
et future: qn̄ apponat ꝛ qn̄
detrahat ſicut nobis iudi-
cat expedire. Quos ꝛ cōſu
landos ꝛ exercēdos in hac
vita. ꝛ poſt hāc vitā in ppe
tua requie ſtabiliēdos atq̄
firmādos gubernat ꝛ diri-
git. Nō enī ꝛ hō cū plerūq̄
iumento ſuo cibaria detra
hit: deſerit illō cura ſua ac
nō poti⁹ curādo hec facit.

Capl̄m. xxviij.

Et qm̄ cū iſta vel pcu
rant in futurum. vel ſi
cauſa non eſt quare illa im
pēdas reſeruant: incertū ē
quo aīo fiat: cū poſſit ſim
plici corde fieri: poſſit ꝛ du
plici. oportuno hoc loco ſb
iecit. Nolite iudicare ne iu
dicet de vobis. in q̄ enī iu-
dicio iudicaueritis iudica
bit de vobis. Et in qua mē
ſura mēſi fueritis: remetie
tur vobis. Hoc loco nihil
aliud nobis p̄cipi exiſtimo
niſi vt ea facta q̄ dubiū eſt
quo aīo fiāt: in meliorē par
tē interp̄temur. Nō enim
ſcriptū eſt Mat. vij. ex fru-
ctib⁹ eoꝝ cognoſcetis eos.
de manifeſtis dictū eſt: que
nō poſſunt bono aīo fieri. ſi
cuti ſunt ſtupra vl̄ blaſphe
mie vel furta vl̄ ebrioſitas
et ſi qua ſunt talia de q̄bus
nobis iudicare pmittit: di
cēte aplo. i. coꝝ. v. Quid eī
mihi de his q̄ foris ſunt iu
dicare? nōne de his q̄ int⁹
ſunt vos iudicatis? De ge
nere aūt ciboꝝ q̄ poſſunt
bono aīo ꝛ ſimplici corde
ſine vitio cōcupiſcētie qui
cunq̄ hūani cibi indifferē-

ter ſumi. ꝓhibet idē aplūs iudicari eos q̄ carnib⁹ veſcebant꜀ ⁊ vinū̄ bibebāt: ab eis qui ſe ab hm̄oi alimentis tēperabāt. Qui mādu cat inquit ad ro. ix. nō man ducantē nō ſpernat: ⁊ q̄ nō māducat manducātē nō iudicet. Ibi etiā ait. Tu q̄s es q̄ iudicas alienū ſeruū. ſuo dn̄o ſtat aut cadit. De talib⁹ enī reb⁹ q̄ pn̄t bono animo ⁊ ſimplici ⁊ magno aīo fieri: q̄uis poſſint etiā nō bono. Volebāt illi cū homines eſſent ī occulto cordis ferre ſentētiā de q̄bus ſol⁹ de⁹ iudicat. Ad hoc ptinet etiā illud qđ alio loco dicit. i. corin. iiij. Nolite ante tp̄s quicq̄ iudicare q̄ aduſq̄ veniat dn̄s ⁊ illuminet abſcōdita tenebrarū: et manifeſtabit cogitationes cordis: ⁊ tūc laus erit vnicuiq̄ a deo. Sūt ergo q̄dā facta media q̄ ignoram⁹ q̄ aīo fiant. q̄ꝛ ⁊ bono ⁊ malo fieri pn̄t. de quib⁹ temerariū eſt iudicare: maxime vt cōdēnem⁹. horū aūt veniet tp̄s vt iudicent꜀: cū dn̄s illuminabit abſcondita tenebrarū ⁊ manifeſtabit cordis cogitatiōes. Itē alio loco dicit idē apl̄s. i. thi. v. Quorundā hoīm pctā manifeſta ſunt p̄cedētia ad iudicium. quedā aūt ⁊ ſubſequū tur. Manifeſta ea dicit de quib⁹ clarū eſt q̄ aīo fiant. hec p̄cedūt ad iudiciū: id ē quaſi fuerit iſta ſubſecutū iudiciū nō eſt temerarium. Subſequunt꜀ aūt illa q̄ occulta ſunt q̄ꝛ nec ip̄a latebūt tp̄e ſuo. Sic ⁊ de bonis factis intelligēdū eſt. Naꝫ ita ſubiūgit. Simil̄r ⁊ fctā bona manifeſta ſunt. ⁊ quecunq̄ aliter ſe hābēt abſcōdi nō pn̄t. De manifeſtis ḡ iudicem⁹: de occultis vero deo iudiciū relinquem⁹. q̄ꝛ et ip̄a abſcōdi nō pn̄t: ſiue mala ſiue bona cū tp̄s aduenerit quo manifeſtētur. Duo aūt ſunt in quib⁹ temerariū iudiciū cauere debem⁹: cū incertū eſt q̄ anīo quicq̄d factū ſit: vel cū incertū eſt qualis futur⁹ ſit q̄

nūc vľ mal⁹ vel bon⁹ appet
Si ergo quiſpiā: verbi gratia: ꝯqueſtus de ſtomacho ieiunare noluit. et tu id nō credēs: edacitatis id vitio tribueris: tenere iudicab. Itē ſi manifeſtā edacitatē ebrioſitatēq; cognoueris: et ita rep̄hēderis quaſi nū ꝗ ille poſſit corrigi atq; mutari: nihilomin⁹ temere iudicabis. Nō ergo rep̄hendam⁹ ea q̄ neſcim⁹ q̄ aīo ſiant. neq; ita rep̄hēdam⁹ q̄ manifeſta ſunt vt deſperemus ſanitatē ꝛ vitabim⁹ iudiciū de q̄ nūc dicit. Nolite iudicare ne iudicetur de vobis. Capłm. xxix.

Poteſt aūt mouere qđ ait. In quo enī iudicō iudicaueritis: iudicabit de vobis. ꝛ ī qua mēſura mēſi fueritis: in ea remetiet vobis. Nunqd enī ſi nos iudicio temerario iudicauerimus: temere de nobis etiā de⁹ iudicabit? Aut nūquid ſi mēſura iniqua mēſi fuerimus: ꝛ apud deū iniq̄ menſura eſt vnde nobis remetiet? Nā ꝛ mēſure noīe ipſum iudiciū ſignificatū arbitror. Nullo mō de⁹ vel temere iudicat vel iniq̄ menſura cuiq; repēdit: ſed hoc dictū ē: qm̄ temeritas qua punis aliū. eadē ipā te puniat neceſſe ē. niſi forte arbitrādū eſt ꝙ iniqtas ei noceat aliquid in quē ꝓcedit ei autē nihil a quo ꝓcedit. Immo vero ſepe nihil nocet ei qui patit iniuriam. ei aūt qui facit neceſſe eſt vt noceat. Quid enim nocuit martyrib⁹ iniquitas perſequentiū? Ipis aūt pſecutoribus plurimū. qꝛ et ſi aliq̄ eoꝝ correpti ſunt. eo tm̄ tēpore quo perſequebant excecauit illos malicia illoꝝ. Sic ꝛ temerariū iudicium plerunq; nihil nocet ei de quo temere iudicat. ei aūt qui temere iudicat: ipā temeritas neceſſaria eſt vt noceat. Iſta regula etiā illud dictū arbitror. Omnis qui percuſſerit gladio: gladio morieť. Quāmulti enī gladio percutiūt: nec tam

gladio moriunt. Sicut nec ipse petrus. Sed ne istũ venia peccatorũ talẽ penam euasisse quis putet quo ꝙ nihil absurdius ꝙ vt maiorẽ putet gladij penam esse potuisse que petro nõ accidit ꝙ crucis q̃ accidit. Quid tamẽ de latronib⁹ dictur⁹ est qui cũ dño crucifixi sũt. quia ⁊ ille qui meruit veniam: postea ꝙ crucifixus est meruit. ⁊ alter oĩno nõ meruit. An forte oẽs quos occiderãt crucifixerãt. Et ꝓpterea hoc etiã ipi pati meruerũt. Ridiculũ ẽ hoc putare. Quid ẽ aliud dictũ ẽ Oĩs ei q̃ gladio ꝑcusserit: gladio morief: nisi qr ipso pctõ aĩa morif qõcunqꝫ cõmiserit. Caplm. xxx.

e T qm̃ de temerario ⁊ iniquo iudicio nos in hoc loco dñs monet. Uult enim vt simplici corde ⁊ in vnũ deũ intẽto faciam⁹ q̃cũqꝫ facim⁹. ⁊ multa incertũ est q̃ corde fiãt: de q̃bus iudicare temerariũ ẽ. maxime aũt hi temẽ iudicãt de incertis: ⁊ facile repͤhẽdũt q̃ magis amãt vituperare et dãnare ꝙ emẽdare atꝫ corrigere. Qð vitiũ vł supbie est vł inuidẽtie. Cõseqñf subiecit dicẽs. Quid ãt vides festucã ĩ oculo fratris tui: trabẽ aũt in oculo tuo non vides? Ut si forte: Ubi grã ira ille peccauit: tu odio reꝑhẽdas. Quãtũ aũt inf festucã ⁊ trabẽ quasi tãtũ inter iraꝫ distat atqꝫ odium. Odiũ est enĩ ira inueterata quasi q̃ vetustate ipa tãtũ robor accepit vt merito appellef trabes. Fieri aũt põt vt si irascaris hõi: velis eũ corrigi. Si aũt oderꝭ hoĩem nõ putes eum velle corrigere. Quõ enĩ dicis fratri tuo: sine: eijciã festucã de oculo tuo ⁊ ecce trabes ẽ in oculo? hypocrita. eijce primũ trabẽ de oculo tuo: ⁊ tũc videbis eijcẽ festucã de oclo frĩs tui: id est ꝓmũ abs te expelle odiũ et deinde poteris iã eũ queꝫ diligꝭ emẽdar. et bñ ait hypocrita. Accusar enĩ vitia

officiū est bonoꝝ viroꝛuꝫ ⁊ beniuoloꝝ. Qđ cū mali faciūt alienas ꝑtes agūt: ſic hypocrite qui tegūt ſub ꝑſona qđ ſunt: ⁊ oſtentāt in ꝑſona qđ nō ſunt. Hypocritarū ergo nomīe ſimulatores acceperis. Et eſt vere multū cauēdū ⁊ moleſtum ſimulatoꝝ gen⁹. Qui cum oīm vitioꝛuꝫ accuſationes odio ⁊ liuoꝛe ſuſcipiāt: etiam cōſultoꝛes videri ſe volūt. Et iō pie cauteq; vigilandū eſt: vt cū aliquē rep̄hendere vł obiurgare nos neceſſitas coegerit. primū cogitem⁹ vtrū tale ſit vitium qđ nunq̄ habuim⁹ vel quo iā caruim⁹. Et ſi nūq̄ habuim⁹: cogitem⁹ nos homines eſſe ⁊ habere potuiſſe. Si vero habuim⁹ ⁊ non habem⁹: tāgat memoꝛiam cōmunis infirmitas vt illā rep̄hēſionē aut obiurgationē nō odiū ſed miſcđia p̄cedat. vt ſiue ad coꝛrectionē ei⁹ ꝓpter quē id facim⁹ ſiue ad ꝯuerſionē valuerit nā incertus eſt exit⁹. nos tn̄ de ſimplicitate oculi noſtri ſecuri ſim⁹. Si autē cogitātes noſmetipos inuenerim⁹ in eo eſſe vitio in q̄ eſt ille quē rep̄hendere parabam⁹. nō rep̄hendamus neq; obiurgem⁹: ſed tn̄ cōgemiſcam⁹. ⁊ nō illū ad obtēperādū nobis: ſꝫ ad pariter conandū inuitem⁹. Nā et illud qđ dicit ap̄ls .i. coꝛinth. ix. fact⁹ ſum iudeis q̄ſi iudeus: vt iudeos lucrifacerē his qui ſub lege ſunt: quaſi ſub lege eſſem: cū nō ſim ip̄e ſub lege: vt eos qui ſub lege erāt lucrifacerem his qui ſine lege ſunt quaſi ſine lege. cū ſine lege dei ñ ſim. ſed ſim ī lege chꝛiſti vt lucrifacerē eos qui ſine lege ſunt. Fact⁹ ſum īfirmis infirmus vt infirmos lucrifacerem. Oīnibus oīa factus ſum: vt oēs lucrifacerem. nō vtiq; ſimulatiōe faciebat: queadmodū quidā intelligi volūt: vt eoꝝ deteſtanda ſimulatio tāti exempli auctoꝛitate muniatur. Sꝫ hoc faciebat charitate

qua ei⁹ infirmitatē cui vo-
lebat ſubuenire tanq̄ ſuā
cogitabat. hoc enī ꝛ ↄſtru-
it dicēdo. Cū enī liber ſim:
ex omibus oīm me ſeruum
feci: vt plures lucrifacerē.
Qđ vt intelligas nō ſimu
latione ſed charitate fieri
qua infirmis hoībus tanq̄
nobis cōpatimur. Ita mo-
net alio loco ad gala. v. di-
cēs. vos in libertatē voca-
ti eſtis fratres: tm̄ ne liber
tatē in occaſionē carnis de
tis: ſed p charitatē ſeruite
inuicē. Qđ fieri nō pōt: ni-
ſi alteri⁹ infirmitatez quiſq̄
habeat quaſi ſuā: vt eā eq̄-
nimiter ferat: donec ab ea
liberet ille cui⁹ curat ſalu-
tē. Raro enim ꝛ magna ne
ceſſitate obiurgatiōes ad-
hibēde ſunt: ita tn̄ vt etiaz
in his ipſis nō nobis ſed deo
vt ſeruiat inſtem⁹. Ipſe eſt
enim finis vt nihil duplici
corde faciam⁹: auferentes
trabē de oculo noſtro inui-
dentie vel malicie vel ſimu
lationis: vt videam⁹ eiice-
re feſtucā de oculo fratris.
Uidebim⁹ enī eā oculis co
lumbe quales in ſpōſa chri
ſti p̄dicant quā ſibi elegit
de⁹ glorioſam eccl'iam non
habentē maculā neq̄ rugā
id eſt: mūdā ꝛ ſimplicē. ad
epheſios. v.

Capl'm. xxxi.

SEd qm̄ pōt nōnullos
dei p̄ceptis obtēpera
re cupiētes: nomē ſimplici
tatis decipe: vt ſic putent
vitioſum eſſe aliq̄n verum
occultare. quō vitioſuz eſt
aliq̄n falſum dicē: atq̄ hoc
mō aperiēdo ea q̄ his qb⁹
aperiunt ſuſtinere nō p̄nt
ampli⁹ noceāt q̄ ſi ea peni
tus occultarēt. Rectiſſime
ſubiūgit. Nolite dare ſcm̄
canib⁹ neq̄ miſeritis mar
garitas vr̄as ante porcos:
ne forte cōculcēt eas pedi
bus ſuis ꝛ cōuerſi diſrūpāt
vos. Quia ꝛ dn̄s q̄uis ni-
hil mentit⁹ ſit vera tn̄ aliq̄
occultare ſe oſtēdit dicēs:
ioh. xvi. Adhuc multa ha-
beo vobis dicere ſꝫ adhuc
nō poteſtis illa portar̄. Et
apl's paul⁹. i. corinth. Non

potui vobis inquit loq̄ q̄ſi
ſpiritalib⁹ ſed quaſi carna
lib⁹ tanq̄ paruulis in chri
ſto lac potū vobis dedi non
eſcā. Nec ei poteratis ne
q̄ nūc poteſtis. Adhuc enī
eſtis carnales. In hoc aūt
p̄cepto q̄ ꝓhibemur dare
ſctm̄ canib⁹: ⁊ mittere an-
te porcos margaritas no-
ſtras. diligēter q̄rēdū ē q̄d
ſit ſactū: q̄d margarite: q̄d
canes: q̄d porci. Sanctū ē
q̄d violare atq̄ corrūpere
nefas ē. Cui⁹ vtiq̄ ſceleris
conat⁹ ⁊ volūtas tenet reus
q̄uis illud ſanctū natura ī
uiolabile atq̄ īcorruptibi-
le maneat. Margarite aūt
q̄cūq̄ ſpiritalia magna exi
ſtimāda ſūt. Et q2 in abdi-
to latēt: tanq̄ de profūdo
eruunt. ⁊ allegoriaꝝ ī tegu
mētis q̄ſi apertis conchis in
ueniunt ītelligi. Licꝫ itaq̄
q̄ vna eadēq̄ res ⁊ ſanctū
et margarita dici pōt. ſed
ſanctū ex eo q̄ nō debꝫ cor
rūpi. margarita ex eo q̄ nō
debet cōtēni. Conat autē
quiſq̄ corrūpere quod nō
vult eſſe integrū. Contem
nit vero q̄d vile ducit ⁊ q̄ſi
infra ſe eſſe exiſtimat. et iō
calcari dicit quicquid con
tēnit. Quapropter canes
q̄ſi inſiliūt ad dilacerādū.
q̄d aūt dilacerāt integrū
eſſe nō ſinūt. Nolite inquit
ſanctū dare canib⁹. q2 et ſi
dilacerari ⁊ corrūpi nō po
teſt: ⁊ manet integrū atq̄
inuiolabile. illi tn̄ quid ve-
lint cogitādū eſt qui acrit
atq̄ inimiciſſime reſiſtunt.
et quantū in ipis eſt: ſi fieri
poſſit conant perimere ve
ritatem. Porci vero q̄uis
nō ita vt canes morſu ap-
petāt: paſſim tn̄ calcādo co
inquināt. Ne ergo miſeri-
tis margaritas vr̄as ante
porcos: ne forte cōculcent
eas pedibus ſuis ⁊ cōuerſi
diſrūpāt vos. Canes vero
ꝓ oppugnatoribus verita
tis. porcos ꝓ cōtēptorib⁹
poſitos nō incōgruēter exi
ſtimo. Q̄d aūt ait. cōuerſi
diſrumpāt vos. non ait: ip-
ſas margaritas diſrūpāt.
illas enī cōculcādo etiā cū

cõuertunt vt adhuc aliq̄d
audiant: diſrumpūt tamen
eū a quo iā miſſas marga=
ritas conculcauerūt. Non
enī facile inueneris q̄d ei
gratū eſſe poſſit q̄ marga=
ritas calcauerit: id eſt: cū
magno labore diuina inuē
ta contēpſerit. Qui aūt ta
les docet: quō nō diſrūpan
tur indignādo ꝛ ſtomachā
do: nō video. Utrūq; autē
aīal immūdū eſt ꝛ canis et
porcus. Capłm. xxxij.

C Auendū eſt ergo ne
quid apiat ei q̄ nō ca=
pit. Melius enī querit qđ
clauſū eſt q̄ id qđ apertū
eſt aut manifeſtat: aut ne=
gligit. Neq; vero alia cau=
ſa repitur. cur ea q̄ manife
ſta ꝛ magna ſunt nō accipi
ant p̄ter odiū ꝛ contēptū:
quoꝝ ꝓpter vnū canes. ꝓ=
pter alteꝝ porci noīati ſūt
Que tñ oīs immūdicia re
rū tp̄aliū: delectatiōe hui⁹
ſeculi cui iubemur renūcia
re vt mundi eſſe poſſimus.
Qui ergo ſimplex ꝛ mūdū
cor habere appetit: nō de=
bet ſibi reus videri ſi aliq̄d
occultat qđ ille cui occul=
tat cape non pōt. nec ex eo
arbitrādū ē licere mētiri.
Nō enī ē ꝯſequēs vt cū ve
rū occultat falſum dicatur
Agēdū ḡ primū ē vt impe
dimēta detrahant quib⁹ ef
ficiat vt nō capiat. q2 vtiq;
ſi ꝓpter ſordes non capit.
mūdādus eſt vel verbo vel
ope: q̄ntū fieri a nobis p̄t.
Qđ aūt dñs nr̄ q̄dā dixiſ=
ſe inuenit: q̄ mlti q̄ aderāt
vel reſiſtēdo vel cōtēnēdo
nō acceperūt nō putād⁹ eſt
ſanctū dediſſe canib⁹: aut
margaritas miſiſſe añ por
cos. Nō enī eis dedit q̄ ca
pere nō poterant: ſed eis q̄
poterant ꝛ ſimul aderant.
quos ꝓpter alioꝝ immun=
diciam negligi nō oporte=
bat. Et cū eum tentatores
interrogabant: reſponde=
bat illis ita vt quid contra
dicerēt nō haberent: q̄ uis
venenis ſuis contabeſce=
rent potius q̄ illius cibo
ſaturarentur. Alij tamen
qui poterant capere ex

illoꝝ occaſione multa vtili ter audiebant. hoc dixi: ne quis forte cū interrogant reſpōdere nō potuerit. hac ſentētia ſibi excuſat⁹ videatur: ſi dicat nolle ſe ſanctuȝ canibus dare: vel ante porcos mittere margaritas. Qui enī nouit quid reſpōdeat: debet reſpōdere vel ꝓpter alios quib⁹ deſperatio suboriť ſi ꝓpoſitā q̄ſtionē ſolui non poſſe crediderint. ⁊ hoc de reb⁹ vtilib⁹ ⁊ ad inſtructionē ſalutis ptinentib⁹. Multa ſunt enī q̄ inquiri ab ocioſis poſſunt ſupuacua ⁊ inania ⁊ plerūq̄ noxia. de quib⁹ tn̄ nō nihil dicendū eſt. Sed hoc ipſum aperiendū et explicandū eſt cur inquiri talia non oporteat. De reb⁹ vero vtilib⁹ aliqn̄ ad id rn̄denduȝ eſt qđ interrogamur: ſicut dn̄s fecit. Cū eniȝ saducei de muliere interrogaſſent que ſeptē viros habuit: cuius eoꝝ in reſurrectiōe futura eſſet. Reſpōdit enim Mat. xxij. Mar. xij. Lu. xx. ꝙ in reſurrectiōe neq̄ nubent neq̄ vxores ducēt: ſȝ erunt ſicut angeli in celis. Aliqn̄ aūt ille qui interrogat interrogādus eſt aliđ. qđ tn̄ ſi dixerit: ipe ſibi ad id qđ interrogauit reſpondeat. Si aūt dicere noluerit: nō videatur his qui aſſunt iniuſtū. ſi ⁊ ipe qđ iterrogauit nō audiat. Nā ⁊ illi q̄ interrogauerūt tentātes vtrū reddendū eſſȝ tributū. interrogati ſunt aliđ id ſcȝ cui⁹ haberet nūmus ymaginē q̄ ab ipis ꝓlatus eſt. ⁊ qꝛ dixerūt ꝙ interrogati erāt: id eſt ceſaris imaginē habere nūmū: ipi ſibi qđammō reſpōderūt id qđ deū interrogauerāt. Itaq̄ ille ex eoꝝ reſpōſiōe ita cōcluſit. Reddite ergo ceſari qđ ceſaris eſt: ⁊ deo qđ dei eſt. Matth. xxij. Marci. xij. Cum aūt principes ſacerdotū ⁊ ſeniores populi interrogaſſent: in qua poteſtate illa faceret: int̄rogauit eos de baptiſmate iohānis. mat. xxi. mar. xi. lu. xx.

cũ nollent dicere qđ cõtra
ſe dici videbãt: de iohanne
autẽ nihil mali dicere au=
derẽt ꝓpter circũſtantes.
Hec ego inquit vobis dicã
in qua ptãte hec facio. qđ
iuſtiſſimũ apparuit circum
ſtãtibus hoc enĩ dixerũt ſe
neſcire ꝙ nõ neſciebãt ſed
dicere nolebãt. Et re vera
iuſtũ erat vt qui ſibi vole=
bant reſponderi qđ inter=
rogauerãt: prius ipſi face=
rent qđ erga ſe fieri poſtu=
labãt. qđ ſi feciſſent ipi ſibi
vtiqꝫ rẽſpõdiſſent. Ipi enĩ
miſerãt ad iohãnez querẽ=
tes quis eſſet vel poti⁹ ipi
miſſi erãt ſacerdotes et le=
uite putantes ꝙ ipſe eſſet
chriſtus: cũ ille ſe negauit
eſſe et dño ꝓhibuit teſtimo
niũ de quo ſi cõfiteri vellẽt
ipi ſe docerẽt in qua ptãte
illa faceret chriſtus qđ qͣſi
neſciẽtes interrogauerãt:
vt calũniãdi aditũ repirẽt

Capłm. xxxiij.

c Um ergo preceptuz
eſſet ne ſctm̃ detᷓ ca=
nib⁹ ⁊ margarite ante por
cos mittãtur: potuit audi=
tor occurrere ac dicere cõ=
ſcius ignorãtie atqꝫ infir=
mitatis ſue ⁊ audiẽs pre=
cipi ſibi ne daret qđ ſe ipm
nõdũ accepiſſe ſẽtiebat. po
tuit ergo occurrere ac dicẽ
qđ ſctm̃ me dare caib⁹ ⁊ qͣs
margaritas mittẽ añ por=
cos vetas cũ adhuc ea me
habere nõ videã: oportuniſ
ſime ſubiecit dicẽs. Peti=
te ⁊ dabitur vobis querite
et inuenietis pulſate ⁊ ap=
perietᷓ vobis. Omĩs enim
qui petit accipit et qui que
rit inuenit et pulſãti appe=
rietur. Petitio ꝑtinet ad
impetrãdaz ſctĩtatem fir=
mitatẽqꝫ animi vt ea q̃ ꝓci
piuntᷓ implere poſſim⁹. In
quiſitio aũt ad ĩueniendaz
veritatẽ cũ enĩ beata vita
actione et cognitiõe cõple
atur. actio facultatẽ viriũ
cõtemplatio maĩfeſtatiõez
rerũ deſiderat. horuz ergo
primũ petendũ eſt ſm que
rendũ ẽ vt illud detᷓ hoc in
ueniatᷓ. Sed cognitio ĩ hac
vita vie priuſꝙ ipi⁹ poſſeſ

ſionis eſt . ſed cū quiſq₃ viā
verā inuenerit: ꝑueniet ad
ipſam poſſeſſionē. q̄ tn̄ pul-
ſanti aꝑietur. Ut ergo tria
iſta: id eſt: petitio inquiſitō
pulſatio manifeſta fiāt ſub
aliquo exemplo ponamꝰ ali
quē infirmis pedibꝰ ambu
lare nō poſſe. Priꝰ ergo ſa
nādus ⁊ firmādꝰ eſt ad am
bulandū. et ad hoc ꝑtinet
qđ dixit petite. Quid autē
ꝓdeſt q̄ ambulare vel etiā
currere pōt: ſi per deuia iti
nera errauerit. Secūdū er
go eſt vt inueniat viā q̄ du
cit eo q̄ vult ꝑuenire. quā
cū tenuerit ⁊ peregerit eū
ipm̄ locū vbi habitare vult
ſi clauſū inuenerit: neq₃ am
bulare potuiſſe neq₃ ambu
laſſe ac ꝑueniſſe profuerit:
niſi aꝑiat. Ad hoc ergo ꝑti
net qđ dictū ē pulſate. Ma
gnā aūt ſpem dedit ille qui
ꝓmittēdo nō decipit. Ait
enī: oīs qui petit accipit: ⁊
qui q̄rit inuenit: ⁊ pulſanti
aperiet. Ergo ꝑſeuerantia
opus eſt vt accipiamus qđ
petimꝰ: ⁊ inueniamꝰ quod
querimꝰ: ⁊ qđ pulſamꝰ ape
riatur. Quēadmodū autē
egit de volatilibꝰ celi et de
liliis agri: ne victum nobis
veſtitumq₃ ad futurum de-
ſperaremꝰ: vt ſpes a mino
ribus ad maiora conſurge
ret: ita ⁊ hoc loco. Aut qs
erit inquit ex vobis homo
quē ſi petierit filiꝰ ⁊c̄. Quo
modo mali dant bona. S₃
malos appellauit dilecto-
res adhuc ſeculi huius et
peccatores. Bona vero q̄-
dam ſcđm eorum ſenſum
bona dicenda ſunt: q₂ hec
pro bonis habent. Quāq̄
et in rerum natura iſta bo-
na ſint: ſed temporalia ⁊ ad
iſtam vitam infirmā perti-
nentia. ⁊ quiſquis ea dat:
non de ſuo dat. Domini eſt
enim terra ⁊ plenitudo eiꝰ
qui fecit celum ⁊ terram ⁊
mare ⁊ oīa que in eis ſūt
Quantum ergo ſperandū
eſt daturum dum nobis bo
na petentibus: nec nos poſ
ſe decipi vt accipiamus ali
ud pro alio. Cum ab ipo pe
timus: quādo nos etiā cu₃

ſumus mali nouimus id da re quod petim⁹. Nõ enim decipim⁹ filios noſtros. Et qualiacunqꝫ bona damus: nõ de noſtro ſed de ipi⁹ damus.

Capłm. xxxiiij.

Firmitas aũt ꝛ valentia quedam ambulandi per ſapiẽtie viam in bonis moribus cõſtituta eſt. qui perducũtur vſqꝫ ad mũdationem ſimplicitatemqꝫ cordis. de qua iam diu loquens ita concludit. Omnia ergo quecũqꝫ vultis vt faciãt vobis homĩes bona ita et vos facite illis. hec ẽ enĩ lex ꝛ ꝓphete. In exemplaribus grecis ſic inuenimus. Om̃ia ergo quecũqꝫ vultis vt faciãt vobis homines: itaꝛ vos facite illis Sed ad manifeſtationem ſentẽtie puto a latinis additũ bona. Occurrebat enim quid ſi quiſqꝫ flagitioſe ſe aliquid erga te fieri velit: et ad hoc referat iſtam ſententiã. veluti ſi velit aliquis ꝓuocari vt immoderate bibat et ſe ingurgitet poculis: et hoc prior illi faciat a quo ſibi fieri cupit. ridiculũ eſt hunc putare iſtã impleuiſſe ſentẽtiam. Cuꝫ ergo hoc mouerit vt arbitror: additum eſt ad manifeſtationem rei vnum verbum vt poſteaq̃ dictuꝫ eſt. Omnia ergo quecunqꝫ vultis vt faciant vobis homines: adderetur bona: qđ ſi deeſt exemplarib⁹ grecis: etiam illa emendãda ſunt. Sed ſi q̃s hoc audeat. Intelligendum eſt ergo plenam eſſe ſententiam ꝛ omnino perfectam: etiã ſi hoc verbũ nõ addatur. Id enĩ quod dictũ eſt. quecũqꝫ vultis nõ vſitate ac paſſim ſed ꝓprie dictũ accipi oportet Voluntas nanqꝫ nõ eſt niſi ĩ bonis. Nã ĩ malis flagitioſiſqꝫ factis: cupiditas ꝓpe dicitur non voluntas. Non quia ſic ſemper loquuntur ſcripture: ſed vbi oportet. ita omnino proprium verbum tenent: vt non aliud

ſināt intelligi. Uidet autē hoc p̄ceptū ad dilectionez ꝓximi ptinere:nō etiaz ad dei cū alio loco duo p̄cepta eſſe dicat in quib⁹ tota lex pendet et ꝓphete omnes Nā ſi dixiſſet omīa quecū-ꝙ vultis fieri vobis:hec et vos facite hac vna ſenten-tia vtrūꝙ illud p̄ceptū cō-plexus eſſet. Cito enī dice retur diligi ſe velle vnum queꝙ ⁊ a deo ⁊ ab homīb⁹ Itaꝙ cū ei hoc preciperetur vt qđ ſibi fieri vellet hoc faceret. id vtiꝙ preciperet vt diligeret deū ⁊ homīes Cū vero expreſſius de ho-mibus dictū eſt. Omīa er-go quecūꝙ vultis vt faci-ant vobis hoīes ita et vos facite illis nihil aliud dic-tuz videtur ꝙ̄ diliges ꝓxi mū tuuz tanꝙ̄ teipm̄ Sed nō eſt negligēter attēden-dū qđ hic ſubiecit. hec eſt enī lex et ꝓphete. In illis aūt duobus p̄ceptis nō tm̄ ait lex pēdet ⁊ ꝓphete ſed etiā addidit tota lex et pro phete ꝓ eo qđ eſt tota pro phetia. Qđ cū hic nō addi dit:ſeruauit locū alteri pre cepto qđ ad dilectionē dei ptinet. Hic aūt qm̄ p̄cepta ſimplicis cordis exeqtur. et erga eos metuēdum eſt ne habeat qſꝙ duplex cor quibus ocultari cor poteſt id eſt erga homīes idipſum p̄cipiendū fuit. Nemo enī fere eſt qui velit queꝙ̄ du-plici corde ſecū agere. Id aūt fieri nō poteſt:id eſt vt ſimplici corde aliqđ homo homī tribuat niſi ita tribu at vt nullū tpale cōmoduz ab illo expectet:et ea intē-tione faciat de qua ſupius ſatis tractauimus cum de oculo ſimplici loqueremur

Capl'm. xxxv.

m Undatus ergo ocu-lus ſimplexꝙ reddi tus. aptus ⁊ idone⁹ erit ad intuēdā ⁊ cōtēplandā inte riorē lucē ſuā. Iſte enī ocu lus cordis ē. hūc aūt talem oculū habet ille qui finem bonorū opum ſuoꝝ vt vere bona opa ſint nō in eo cōſti tuit vt homīb⁹ placeat. ad

eoꝝ ſalutem potius hoc re fert ⁊ ad gl'iam dei non ad inanez iactantiã ſuã. Neqꝫ ꝓpterea boni aliq̄d ad ſalutem ꝓximi oꝑatur: vt ex eo cõparet ea q̄ huic vite tranſigẽde ſunt neceſſaria. Neqꝫ temere aīm homīs volũtatē͂qꝫ cõdemnat in eo facto in quo non apparet quo aīmo et volũtate ſit factũ et quicq̄d officioꝝ exhibet homi: hac intẽtiõe exhibet qua ſibi exhiberi vult id eſt vt nõ ab eo cõmodi aliquid tẽꝑalis expectet. Ita erit coꝛ ſimplex et mũdũ ĩ quo querit͛ deus. Beati ẜ mundi cordes qꝛ ipi deum videbunt. Sed hoc qꝛ paucoꝛũ eſt: iam incipit de inueſtigãda et poſſidẽda ſapiẽtia loqui qđ eſt lignũ vite: cuius vtiqꝫ inueſtigãde atqꝫ poſſidẽde id ē cõtemplande talis oculus ꝑ omĩa ſuꝑioꝛa ꝑduct⁹ eſt quo videri iam poſſit arcta via et anguſta porta. Q̄đ ergo deinceps dicit. Intrate ꝑ anguſtam portã. Quam lata porta et ſpacioſa via q̄ ducit ad ꝑditionẽ. ⁊ multi ſũt qui introeunt ꝑ eam. Q̄ȝ anguſta eſt porta et arta via que ducit ad vitã et pauci ſũt qui eã inueniũt nõ ideo dicit quia iugũ dñi aſperũ eſt aut ſarcina grauis: ſed qꝛ laboꝛes finiri pauci volũt min⁹ credentes clamãti. venite ad me q̄ laboꝛatis et ego vos reficiã. Math. xi. Tollite iugũ meum et diſcite a me q̄m mitis ſũ et huĩlis coꝛde. Iugũ enĩ meuz leue eſt ⁊ ſarcina mea leuis eſt Hic aũt iſte ẜmo ſũpſit exoꝛdiũ de huĩlibus ⁊ mitibus coꝛde. qđ iugũ leue et leuẽ ſarcinã multi reſpuunt: pauci ſubeunt. eoqꝫ fit arta via q̄ ad vitã ducit ⁊ anguſta poꝛta qua intratur in eam.

Capl'm. xxxvi.

Hic ergo illi q̄ ꝓmittũt ſapiẽtiaz cogitationē͂qꝫ veritatis quã non hñt p̄cipue cauẽdi ſũt: ſic ſũt heretici qui ſe plerũqꝫ paucitate cõmẽdãt. ⁊ iđ cũ dixiſſz paucos eē q̄ īueniũt

anguſtā portā ⁊ artā viam
ne ſe illi ſupponāt nomine
paucitatis ſtatim ſubiecit.
Cauete a pſeudo ꝓphetis
qui veniūt ad vos in veſti-
tu ouiū: intrinſecꝰ aūt ſunt
lupi rapaces. Sed iſti non
fallūt oculuꝫ ſimplicē: qui
arborē dinoſcere ex fructi
bus nouit. Ait eni. Ex fru-
ctibꝰ eoꝝ cognoſcetis eos
Deinde ſiłitudines adiun
git. Nūquid colligūt ꝺ ſpi
nis vuas: aut de tribulis fi
cus? Sic oīs arbor bona
bonos fructus facit. mala
aūt arbor malos fructꝰ fa-
cit. Nō pōt arbor bona ma
los fructus facere. neqꝫ ar
bor mala bonos fructꝰ fa-
cere. Oīs eni arbor q̄ nō
facit fructū bonū excidet̄:
et in ignē mittet̄. Igit̄ ex
fructibus eoꝝ ꝯgnoſcetis
eos. quo loco illoꝝ error
maxime cauēdꝰ eſt q̄ de ip-
ſis arboribꝰ duas naturas
opinant̄ eſſe. quarū vna ſit
dei: altera vero nec dei nec
ex deo. De q̄ errore ī aliis
libris iā diſputatū ē vberi
us. Et ſi adhuc paꝝ ē diſpu
tabit̄. Nūc aūt nō eos adiu
uare iſtas duas arbores do
cendū ē. primo qꝛ de hoībus
cū diceret. tā claꝝ ē vt q̄ſq̄s
et p̄cedētia ⁊ cōſequentia
legerit: miret̄ eoꝝ cecitatē
Deinde attēdūt qꝺ dictuꝫ
eſt. Nō pōt arbor bona fru
ctus malos facere. neqꝫ ar
bor mala fructꝰ bonos fa-
cere. Et iō putāt neqꝫ aīaꝫ
malā fieri poſſe vt in meliꝰ
cōmutet̄. neqꝫ bonā in dete
rius. q̄ſi dictū ſit. nō pōt ar
bor bōa mala fieri. neqꝫ ar-
bor mala bona fieri. Sꝫ di-
ctū. ē. nō p̄t arbor bona ma
los fructꝰ facē. neqꝫ arbor
mala fructꝰ bonos facere.
Arbor ē ip̄a aīa: idē qꝺ ip̄e
hō. fructꝰ vō op̄a hoīs. Nō
ergo p̄t malꝰ hō bona op̄a-
ri: neqꝫ bonꝰ mala. Malꝰ ꝗ
ſi vult bona op̄ari: bonꝰ pri
mo fiat. Sic alio loco eui-
dētiꝰ dicit ip̄e dñs mat. xij.
Aut facite arborē bonam:
aut facite arborē malam.
Q̄ ſi duas naturas iſtoꝝ
his duabꝰ arboribꝰ figura-

ret nõ dicerz facite. Quis
eni hoim põt facẽ naturã?
Deinde etiã ibi cũ ipaꝝ du
arũ arboꝝ mẽtionẽ feciſſz:
ſubiecit. hypocrite: quõ po
teſtis bona loqui cum ſitis
mali.

Capłm. xxxvij.

q Uãdiu ergo q̃ mal⁹ ẽ:
nõ põt facẽ fruct⁹ bo
nos. Si eĩ fruct⁹ bonos fe-
cerit: iã malus nõ erit. Sic
ꝟiſſime dici potuit. nõ põt
eſſe nix calida. cum eni cali
da eſſe cepit: nõ iã eã niuẽ
ſz aquã vocam⁹. Põt ẽ fie
ri vt q̃ nix fuit nõ ſit. nõ aũt
põt fieri vt nix calida ſit. ſic
põt fieri vt q̃ mal⁹ fuit: non
ſit mal⁹. non tñ fieri põt vt
mal⁹ bñ faciat. Quia etiaz
ſi aliqñ vtilis ẽ: nõ hoc ipſe
facit: ſz fit de illo diuĩa ꝓ-
curãte ꝓuidẽtia. Sicut de
phariſeis dictũ ẽ mat. xxiij
que dicũt facite: q̃ aũt faci
unt facẽ nolite. hoc ipm qd
bona dicebant ⁊ ea q̃ dice-
bãt: vtilr audiebant ⁊ fie-
bãt. nõ erat illoꝝ. Sup ca-
thedrã inquit moyſi ſedẽt
p diuinã ꝓuidẽtiã legẽ dei
ꝑdicãtes. poſſent eẽ audiẽ
tib⁹ vtiles cũ ſibi nõ eſſent
De trib⁹ alio loco p ꝓphaꝫ
dictũ ẽ ſemiat; triticũ ⁊ ſpi
nas metit;. qr bõa ꝑcipiũt
⁊ mala faciũt. ſi ergo q̃ eos
audiebãt ⁊ faciebant q̃ ab
eis dicebant: õ ſpinis lege
bãt vuas ſz p ſpinas de vi
te legebãt vuas: tãq̃ ſi ma
nũ aliqs p ſepẽ mittat. aut
certe de vite q̃ ſepi fuerit ĩ
uoluta vuã legat. nõ ſpina-
rũ eſt fruct⁹ ille ſed vitis.

Capłm. xxxviij.

r Ectiſſime ſane querit
quos fruct⁹ nos attẽ-
dere voluerit: quib⁹ cogno
ſcere arborẽ poſſim⁹. Mul
ti eni quedã ĩ fructib⁹ de-
putãt que ad veſtitũ ouiuz
pertinẽt et hoc mõ a lupis
decipiunt. ſicuti ſunt vel ie
iunia vel oratões vel ele-
moſine. que oĩa niſi fieri
etiam ab hypocritis poſ-
ſent: non ſuperius dixeret.
Cauete iuſticiam veſtram
facere coram hominibus:
vt videamini ab eis. Que

ſētētia ꝓpoſita ipa tria ex
equit. elemoſinā. orōnē. ie=
iuniū. Multi enī mlta pau
perib⁹ nō miſericordia ſed
ambitiōe largiūtur: et mul
ti orāt vel poti⁹ videt ora=
re: nō intuētes deū ſed hoī
nib⁹ placere cupiētes. Et
mlti ieiunāt et mirabilem
abſtinētiā pretēdunt eis q̄
bus iſta difficilia vident et
honore digna exiſtimātur
et huiuſmōi dolis eos capi
unt dum aliud oſtentāt ad
decipiēdū aliud exerūt ad
depcandū vel interficiēdū
eos qui ſub iſto veſtitu oui
no lupos videre nō poſſūt
Hij ergo nō ſūt fructus de
q̄bus cognoſci arborē mo=
net. iſta enī cū bono anīo in
veritate fiūt ꝓprie ſūt oui
bus veſtes. cū aūt malo in
errore nō aliud q̄ lupos cō
tegūt. Sed nō ideo debent
oues odiſſe veſtimētū ſuū
q̄ plerūq illo ſe occultant
lupi Qui ſūt ḡ fruct⁹ q̄bus
inuētꝭ cognoſcam⁹ arborē
malā: dicit apl'us ad Gal. v
Maīfeſta ſūt aūt opa car=
nis. que ſūt: fornicatiōes i
mūdicie luxurie ydolorꝫ ſ=
uitus veneficia inimicicie
cōtentiōes emulatiōs ani=
moſitates diſſētiōes here=
ſes inuidie ebrietates com
meſſatiōes et his ſimilia q̄
p̄dico vobis ſicut p̄dixi qm̄
qui talia agūt regnum dei
nō poſſidebūt. Et qui ſunt
fructus ꝑ quos cognoſci=
mus arborē bonā. Idē ipe
cōſequēter dicit. Fructus
aūt ſpirit⁹ ē charitas gau=
diū pax lōganimitas boni=
tas benignitas fides man
ſuetudo cōtinentia. Sane
ſciendū eſt hic gaudiū pro
prie poſitū. Mali enī homi
nes nō gaudere ſꝫ geſtire
ꝓprie dicunt ſic ſupi⁹ dixi
m⁹ volūtatē ꝓprie poſitā
quā nō hn̄t mali vbi dictū
ē Omia quecūq vultis vt
faciāt vobis homīes hec ⁊
vos facite illis. Ex iſta pro
prietate vbi: q gaudiū nō
dicit niſi in bonis etiā pro=
pheta loquit dicēs. Nō eſt
gaudere impijs dicit dn̄s
Ita quoq poſita eſt fides

nō quecūq; vtiq;. ſed vera ſides. et cetera q̄ hic poſi= ta ſūt habēt quaſdā imagi nes ſuas in malis hoībus et deceptoribus vt omīno fallant niſi quis iam mūdū oculū et ſimplicē habuerit quo iſta cognoſcat.

Capl̃m. xxxix.

o Primo itaq; ordine primo actū ē de ocu= lo mūdano et deinde dicta ſūt que cauerētur Sed qm̄ quāuis quiſq; oculo mūdo ſit id ē ſincero et ſiplici cor de viuat: non poteſt tñ cor alterius. intueri quecūq; ī factis vel dictis apparere nō potuerit temptatioīb⁹ aperiūtur. Temptatio aūt duplex ē aut eſt in ſpe adipi ſcēdi aliqđ cōmodū tēpale aut interior amittendi. Et maxīe cauendū eſt ne tēdē tes ad ſapiētiam q̄ in ſolo chriſto inueniri pōt in quo ſūt omēs thezauri ſapiētie et ſcīe abſcōditi. Cauēduz ergo eſt ne ipo chriſti noīe ab hereticis vel q̄buſlibet male intelligētib⁹ ⁊ ſeculi hui⁹ amatorib⁹ decipiam̄ Sed ideo ſequit̄ et monet Nō omīs q̄ dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celo rū ſʒ his qui facit volūtatē patri s mei qui in celis eſt ipe intrabit in regnū celoꝝ Ne putem⁹ ad illos fruct⁹ iā ptinere ſi quis dño nr̃o dicat dñe dñe et ex eo nob̄ arbor bona videat̄ Sed illi ſūt fructus qui facere volū tatē pr̄is mei volūt qui in celis eſt: cui⁹ faciēde ſe ipz exemplū p̄bere dignat⁹ eſt Sed merito pōt moueri q̄= ſtio. quō huic ſentētie cōue niat illud apl̃i. i. coꝛ. xij. vbi ait Nemo ī ſpū dei loquēs dicit anathema Jeſu: et ne mo pōt dicere: dñs Jeſus niſi in ſpū ſctō q2 neq; ali= quos hn̄tes ſpiritū ſanctū poſſum⁹ dicere nō intratu ros in regnū celoꝝ ſi pſeue rauerit vſq; in finē neq; il los qui dicūt dñe dñe et tñ nō intrāt regnū celoꝝ poſ= ſum⁹ dicere habere ſpiritū ſāctū. Quō ergo nemo di= cit dñs Jeſus niſi ī ſpiritu

ſancto. niſi q2 proprie apo
ſtol⁹ poſuit verbũ qð ē di-
cit vt ſignificet volũtatem
atq3 intellectũ dicẽtis. Do
minus vo generalr̃ poſuit
verbũ q̃ ait. Nõ oĩs q̃ dicit
mihi dñe dñe ĩtrabit in re-
gnũ celoꝝ. Uidenr̃ enĩ dicẽ:
etiã ille qui nec vult nec in
telligit qð dicit. ſed ille ꝓ-
prie dicit qui volũtatez ac
mentẽ ſuã ſono vocis enũ-
ciat. ſicut paulo ante qð di
ctũ eſt gaudiũ in fructib⁹.
ſpũs ꝓprie dictũ ē. non eo
mõ qð alibi dicit idẽ apłus
non gaudet ſup iniquitate
quaſi quiſq3 poſſit ſup iniq̃
tate gaudere q2 illa elatio
eſt animi turbide geſtiẽtis
nõ gaudiũ. nã hoc ſoli boni
habẽt. ergo dicẽ videnr̃ eti
am illi q̃ nõ hoc qð ſonãt ⁊
intellectu cernũt ⁊ volũta
te agũt ſ3 voce tñ ſonant.
Scðm quẽ modũ dñs ait.
Nõ oĩs q̃ dicit mihi dñe do
mine intrabit in regnũ ce-
loꝝ. vere autẽ ac ꝓprie illi
dicũt: a quoꝝ volũtate atq3
mẽte non abhorret ꝓlatio
ſermonis ſui. ſcðm quã ſigni
ficationẽ dixit apłs. Nemo
põt dicẽ dñs ieſus niſi ĩ ſpi
ritu ſctõ. Ca. xl.

a Atq3 illud ad rẽ maxi-
me ꝑtinet: ne decipia
mur tẽdẽtes ad ↄtẽplatio
nẽ veritatis. nõ ſolũ noĩe xp̄i
ꝑ eos q̃ nomẽ hñt et facta
nõ habẽt ſed etiã q̃buſdam
factis atq3 miraculis q̃lia
ꝓpter infideles cũ fecerit
dñs. monuit tñ ne talib⁹ de
cipiamur: arbitrãtes ibi eẽ
inuiſibilẽ ſapiam vbi viſibi
le miraculũ viderem⁹. Ad
iũgit ẽ et dicit. Multi mi-
hi dicẽt in illa die: dñe dñe:
nõne in noĩe tuo ꝓphetaui
mus. ⁊ in noĩe tuo demõia
eiecim⁹. ⁊ in noĩe tuo virtu-
tes multas fecim⁹. Et tũc
dicat illis. nũq3 vos cogno
ui recedite a me q̃ operami-
ni iniq̃tatẽ. nõ ẽ cogſcit eũ
q̃ opar̃ iniq̃tatẽ. Nã ⁊ ipos
diſcipulos ſuos prohibuit
gaudere de talib⁹. i. q3 de-
monia illis ſubiecta fuerit
ſ3 gaudete inq̃t lu. x. q3 no-
mĩa vr̃a ſcp̃ta ſunt in celo.

Credo q̄ ī illa ciuitate hie
rusalē q̄ ē ī celis in q̄ nō niſi
iuſti ſcīq; regnabunt. An
neſcitis ait apl'us.i.cor.vi.
qm̄ iniq̄ regnū dei nō poſſi
debūt. Sz fortaſſe q̄s dicat
nō poſſe iniq̄s viſibilia illa
miracula facē. ⁊ mētiri po
ti⁹ iſtos credat q̄ dicturi ſk
in noīe tuo ꝓphauim⁹ ⁊ de
monia eiecim⁹ ⁊ m̄ltas v̄tu
tes fecim⁹. Legat ḡ quāta
fecerint reſiſtētes famulo
dei moyſi magi egyptiorū.
aut ſi hec nō vult legē q̄z ñ
in noīe xp̄i fecerūt. legat q̄
ipſe dn̄s dicit de pſeudo ꝓ
phetis ita loq̄ns mat.xxiiij
tūc ſi q̄s vobis dixerit hic ē
xp̄s aut illic. nolite credē.
ſurgēt eī pſeudo xp̄i ⁊ pſeu
do ꝓphe ⁊ dabūt ſigna ma
gna ⁊ ꝓdigia: ita vt ī erro
rē inducant etiā electi. ec
ce p̄dico vob. q̄ ḡ mūdo et
ſimplici ocl'o op⁹ ē vt inue
niat via ſapīe: cui tm̄ malo
rū ⁊ pu̇erſoꝝ hoīm decepti
ones erroreſq; obſtrepunt.
q̄s oēs euadē: hoc ē venire
ad certiſſimā pacē ⁊ īmobi
lē ſtabilitatē ſapīe. Vehemē
ter eī metuēdū ē: ne ſtudio
altercādi ⁊ contēdēdi q̄ſq;
nō videat q̄d a paucis vide
ri pōt vt paru⁹ ſit ſtrepit⁹
ꝯdicentiū. niſi etiā ipſe ſibi
obſtrepat. Quo ꝑtinet eti
am illō q̄d dicit apl's.i.thi.
ij. ſeruū aūt dn̄i litigare nō
oportet ſz mitē eē ad oēs:
docibilē: patiētē: cū mode
ſtia corripiētē diuerſa ſen
tiētes: ne forte det illis de
us penitētiā ad cognoſcēdaz
v̄itatē. Btī ḡ pacifici: qm̄
ipi filij dei vocabunt. Con
cluſio ḡ hui⁹ toti⁹ ſmōis q̄
terribilr inferat: valde at
tēdēdū ē. Oīs ḡ inq̄t q̄ au
dit v̄ba mea hec ⁊ facit ea
ſil'is ē viro prudēti q̄ edifi
cauit domū ſup petrā. Nō
eī q̄ſq; firmat que audit vl
ꝑcipit niſi faciēdo. Et ſi pe
tra ē xp̄s ſicut m̄lta ſcptu
raꝝ teſtimonia p̄dicāt: ille
edificat in xp̄o: qui q̄d ab il
lo audit fac. Deſcēdit plu
uia venerūt flumia: flauerūt
vēti ⁊ offenderūt ī domū il
lam ⁊ non cecidit. fundata

enim erat ſup petram. Nõ ergo iſte metuit vllas caliginoſas ſuperſtitiones. Quid enĩ aliud ĩtelligitur pluuia cũ in mali alicuius ſignificationẽ ponitur; niſi aut rumores hoĩm q̃s ven tis compatos puto aut vite huius fluuiũ carnalibus cõcupiſcenciis tanq̃ fluentem ſup terrã: horũ enĩ trium qui pſperitatib⁹ inducitur aduerſitatibus frangitur. quoꝝ nihil metuit q̃ fundatã habet domũ ſuper petrã id ẽ qui nõ ſolũ audit p̃cepta dñi ſed etiam facit Et his omĩb⁹ piculoſe ſub iacet qui audit et nõ facit nõ enĩ habet ſtabile fundamentũ: ſed audiendo et nõ faciẽdo ruinã edificat Ait enĩ conſequẽter. Et omnis qui audit verba mea hec ⁊ non facit ea et reliqua. Et factũ eſt cũ ꝯſummaſſet ieſus verba hec admirabant turbe ſuper doctrina eius Erat enĩ docẽs eos quaſi poteſtatẽ habẽs non quaſi ſcribe eoꝝ. Hoc eſt qđ ante dixit p pphetã in pſalmis ſignificatuꝫ eſſe cũ diceret Fiducialiter agã in eo eloquia dñi vſq; ſeptuplũ. propter quẽ numerũ admonitus ſũ etiã precepta iſta ad ſeptem illas referre ſẽtentias quas in pricipio ſmonis huius poſuit de beatis cũ diceret et ad illas ſeptẽ opationes ſpiritus ſancti quas iſayas pphet commemorat. Sed ſiue iſte ordo ĩ his cõſiderãdus ſit ſiue aliquis alius: facienda ſunt q̃ audiuimus a domino ſi volum⁹ edificare ſup petrã.

Laus deo.

¶ Finit expoſitio btĩ Auguſtini de ſermone domini in monte. Impreſſa. Pariſius: in vico Sorbone ad interſigniũ ſolis aurei p magiſtrũ Udalricum Gering Cõſtantienſem. Et magiſtrũ. Berchtoldũ Renbolt Argẽtinẽſem artis impreſſorie ſocios. Octaua. Maij Anno. dñi ꝛC. lxxxxiiij.

Sequitur. Regiſtrū ad inueniēdū pꝛincipaliores paſſus euāgelicos cū aliis annexis in hoc libello expoſitis ſingulariterq̈ declaratis ſcd̄m libꝛoꝝ caplorūq̈ aſſignationē ac alphabetico oꝛdine ſignatis.


A

Audiſtis q2 dictū eſt antiquis. Non occides. qui aūt occiderit re⁹ erit iuditio q̇ aūt dixerit fatue. ⁊c̄ ca. xiiij

Audiſtis q2 dictū eſt antiquis. nō mechaberis. Ego aūt dico vobis q2 omnis q̇ viderit mulierem ad cōcupiſcendū eā. ⁊c̄. ca. xviij

Audiſtis q2 dictū eſt antiquis nō piurabis ⁊c̄ xxv.

Audiſtis q2 dictū eſt oculū pꝛo oculo ⁊c̄ .xxviij.

Audiſtis q2 dictū eſt. Diliges pximū tuuz et oderis inimicū tuū. Ego aūt dico diligite inimicos vr̄os .xxxvi.

Aliqua peccata moꝛte fuiſſe punita. .xxxiij.

Anim xpiani patiſſimū eē ad plura pferēda .xxxiiij

An neſcitis qm̄ iniqui regnū dei n̄ poſſidebūt .xlij.

B

Beati paupes ſpū qm̄ ipſorū eſt regnū celoꝝ .ij.

Btī mites qm̄ ipi hereditate poſſidebūt terrā .iij

Btī lugētes quoniam ipſi cōſolabuntur .iij.

Btī qui eſuriunt et ſitiunt iuſticiā eodē ca

Beati miſericoꝛdes qm̄ ipſorū miſerebit̃ de⁹ eod

Beati mūdo coꝛde qm̄ ipi deū videbūt eodē

Beati pacifici qm̄ filij dei vocabuntur eodē

Beati qui perſecutionem patiuntur ⁊c̄ eod

Btī eritis cū vobis maledicēt ⁊ pſequēt vos iiij.

Benedicite et nolite maledicere .xxxvij.

C

Cū vidiſſet Jeſus turbas aſcēdit in montē et apiens os ſuū docebat eos .i.

Cū ergo facis elemoſinam noli tuba canere ⁊c̄ iij. li. ij.

Cauete facere iuſticiā veſtrā corā hominibus vt vi-

deamini ab eis.c.v.ſecūdi.
Cū oratis nō eritȷ ſicut hy
pocrite triſtes. ca.vi. ſcōi.
Cordis mūdatio quid ſit.
capit.i.ſecūdi libri.
Cauete a pſeudo ꝓphetis.
ca.xxxvi.ſecundi.

D

Donec tranſeat celū ꝛ ter
ra iota vnū ꝉ vnꝰ apex non
trāſiet a lege vo.h.o.fi. c.x.
De pctō in ſpm̄ ſctm̄.xxxix
De locutiōe ſathane cū dō
quō intelligēda ſit.c.xv.ſe.

E

Eſto beniuolēs aduerſario
tuo cito cū es in via.ca.xvi
Eſtote ꝫ vos pfecti ſic pat
vr̄ qui in ce.ē pf.ē.ca.xxxvi
Ego āt dico vobis nō iura
re oīno neqꝫ p celū.ca.xxvi
Ego aūt dico vobis nō red
dere malū ꝓ malo.ca.xxix.

G

Gaudete ꝛ exultate quoni
am merces vr̄a ē i celꝭ.c.iiiȷ

J

Jn quo iudicio iudicaueri
tis iudicabiꝭ d vob.xxix.ſe.
Juſticia phariſeoꝝ ē nō oc
cidere.c. .xiiȷ.

M

Mulier nō hꝫ ptāte ſui cor
poris ſed vir. ſilr vir nō ha
bet ptātē ſui cor.cap̄.xxiiȷ.

N

Nō pōt ciuitas abſcōdi ſu=
pra mōtē ꝯſtituta.neqꝫ ac=
cēdūt lucer. ꝛ po.eā.ca.viȷ.
Nolite enī putare qm̄ vēi
ſoluē legē.aut ꝓphās. non
veni ſoluē ſꝫ implere. ca.ix
Niſi abūdauerit iuſticia ve
ſtra plꝰ ꝙ ſcri.ꝛ pha.ca.xiȷ.
Nolite vob cōdere theſau
ros in ter. vbi ti.c.xxi.ſcōi.
Nemo pōt duobꝰ dn̄is ſer=
uire.ca.xxiȷ.ſecundi libri.
Nolite iudicare ne iudice
tur de vobis.ca.xxviiȷ.ſcōi
Nolite dare ſctm̄ canibus
neqꝫ miſeritis margaritas
ante porcos.cap̄.xxxi.ſcōi.
Nemo in ſpū dei loqns dic
anathema ieſu.ca.xxxix.ſe.

O

Om̄i petēti te tribue ꝛ qui
voluerit a te mu.ne a.xxxv
Orātes aūt nolite mltilo=
qui eē ſicut ethni.c.viȷ.ſec.
Omnis qui gladio pcuſſe=
rit gladio morieꝭ.c.xxix.ſe.

Oia q̄ q̄cūq; vultis vt faci
ant vob hoies ⁊c̄.xxxiiij.ſe.

P

Peccatuʒ ad morte̅ quid
ſit.ca. .xxxviij.
Pctm̄ non ad morte̅ quid
ſit.ca.eodem.
Pr̄ nr̄ qui es i ⁊c̄.totū per
ordine̅ declarat ẜm ſeptez
petitiōes in eo ꝯte̅tas a ca
pl'o.viij.vſq; ad.xvi. ſcd'i li.

Q

Qui ſoluerit vnū de māda
tis iſtis minimis ⁊ docue=
rit ſic hoies mini. ⁊c̄.ca.xi.
Quicūq; dimiſerit vxorez
ſuā det illi lib.repu.cap̄.xx.
Quicūq; āt dixerit ᷜbum
neq; adūſ⁹ filiū ho.⁊c̄.xxxix
Qui bonitate̅ ſimulāt du=
plici corde ſūt. ca.i. ſecūdi.
Quis aute̅ vr̄m curās pōt
adijce̅ ad ſtat.ſu.cu.xxiij.ſe.
Querite p̄mū reg.di.xxv.ſ
Quid aūt vides feſtucā in
oculo fr̄is tui ⁊c̄.ca.xxx.ſe.
Quid noie fornicatiōis in
telligēdū ſit.ca.xxi.et.xxij.

Quiſquis ſolutā duxerit a
viro mechať.ca. .xxiij
Quid interſit int̄ mitis et
miſicors.ca. .xxvij
Quid ſit in facie̅ cedi.xxx.

R

Recte viue̅ ⁊ nolle lauda=
ri quid ſit . in ſcd'o li.in p̄n.
Racha q̄d ſit ꝓprie. .xiij.

S

Seminatis triticū ⁊ ſpīas
metitis.ca.xxxvij.ſecundi.
Si q̄s te ꝑcuſſerit i dextrā
maxillā p̄be illi aliā. .vij.
Sic luceat lume̅ vr̄m corā
hoib⁹ vt vi. bo.fa.vr̄a. .i.
Si āt ocl's tu⁹ dext̄ ſcādali
ſat te erue eū ⁊ ꝓ.ab.te.xix
Si q̄ obtuleris mun⁹ tuuʒ
ad altare ⁊ illic recor. .xv.

T

Te aūt facie̅te elemoſinaʒ
nō ſciat ſin.t.⁊c̄. ca.iiij.ſcd'i

V

Vos eſtis ſal terre.cap̄.v.
Vos eſtis lume̅ mūdi. .vi.
Vos aūt cū oratis introite
in cubicula vr̄a.ca.vi.ſcd'i.

Deo gratias.

T
BIBLIO
Dep.
Núm.

D. Augustini
Serm.
1494
Paris

OLEDO
TECA PUB
INC.
165

Serm.
Alca. 1526